

DISSERTATIO POLITICA
DE

CAUSIS MALORUM,
QUIBUSCUM
POLONIÆ REGNUM

CONFLICTATUR:

Quam

publico literatorum examini modestè
submissam,

Sub PRÆSIDIO

VIRI

AMPLISSIMI atq; EXCELLENTISSIMI

DN. JOHANN. PHILIPPI
PALTHENII,

Philosophiæ Civilis atqve Historiarum Professoris
in hâc Almâ Gryphicâ longè Celeberrimi,

Patroni, Præceptoris ac Fautoris sui,

qvovis observantiæ cultu prosequendi,

die 7. April. Anni 1705,


H. L. Q. C.

defendendam suscipiet

Auctor & Respondens

J. G. WOLF,

Jurisprud. Stud.



GYPHISWALDIÆ,

TYPIS DANIELIS BENJAMINIS STARCKII;

REG. ACADEM. TYOGR.

V I R O

GENEROSISSIMO, MAXIME STRENUO,

AMPLISSIMO AtqVE CONSULTISSIMO,

DOMINO

FRANCISCO MICHAELI

von BOLTENSTERN,

Dicasterii Regii per Pomeraniam & Rugiam

DIRECTORI GRAVISSIMO:

E. XXXIII
l. rathhi
200

&

Domino Hæreditario in Altenhagen, Sehagen, Manschen-
hagen & Wowelkow, &c.

PATRONO SUO ÆTERNUM COLENDO,

præsentem Dissertationem,
de collatis hæctenus in se beneficiis publicè testaturus,
simulq; spem, quam de ulteriore ipsius Patrocinio
concepit, uberrimam declaraturus,

eâ, quâ par est, observantiâ:

sacram atq; dedicatam esse

jubet

J. G. WOLF.

DISSERTATIO POLITICA

DE

CAUSIS MALORUM, QVIBUS-
CUM POLONIÆ REGNUM CON-
FLICTATUR.

§. I.



On sanè optimam atq; lautissi-
mam esse, quæ nunc est, Poloniæ con-
ditionem, illi etiam, qui parcissime di-
cunt, fatentur; qui autem liberè, quod
sentiunt, eloqvuntur, & verbis & rebus
verba accommodant, afflictissimum
miserrimumq; illius Regni statum esse
conqveruntur; sed à quo fonte qua-
liacunqve mala hæc profluxerint, non
perinde inter omnes constat. Satis

quidem pii videntur, qui nil nisi gravissimam offensi Numinis præ-
nam hic agnoscunt; ast verius est, rarè DEUM, quantumvis erro-
ribus nostris provocatum, sine medio sævire; sed, quod acer-
bissimum supplicii genus est, furore mortalium pro flagro uti, &
ut malè agendo mala quæqve patiantur, conversâ in se peccan-
tium manu, efficere. Qui à præsentî bello armisq; Svecorum,
Poloniæ illatis, Patriæ illam calamitatem surrexisse putant, non
satis videntur cogitare, quod nec omne justî belli onus Polonia
sentiat, & qui id alibi sentiunt, melius habeant, quin quod inter
ipsa hæc, de quibus queritur, Poloniæ mala emineat bellum istud,
quod in visceribus Regni à Svecis eò protractis gerendum huc
usqve fuit. Tantum itaq; abest, ut aut in præsentî casu à rebus
humanis ad divinas oculi avertendi sint, aut in exteros vicinosq;
culpa conferenda; ut potius ipsis id Polonis vitio rectè detur, quod
malè Poloniæ sit. Id quod præsentî Dissertatione, qualecuqve
scientiæ Politicæ specimen editurus, demonstrare decrevi.

§. II.

Notum est autem, in causis ad damnum atq; interitum Rerumpublicarum pertinentibus alia esse *status*, alia *boruinum vitia* spectanda. *Vitia status* illa sunt, quæ in ipsâ Reipublicæ constitutione & assignatâ eidem imperii formâ insunt; sive quod originariè error hic vel ille, constituentium atq; assignantium imprudentiâ admissus, operi adhaerescat; sive quod successorum negligentia, casu, & calamitosi temporis tractu, in bene prudenterq; ordinatam Rempublicam aliquid se insinuet, quod laxatâ paulatim operis compage damno eam afficiat, & ni maturè dextreq; suscipiatur emendatio, ruinæ involvat. (a) Prius sifit, petita à corpore animantium similitudine, malè sanam; sin posterius, morbidam Remp. vocamus (b).

(a) *Notatu digna sunt, quæ Celeberrimus Dn. Thomaf. Jurispr. Div. L. III. Cap. 6. §. 44. hunc in modum tradit: Non putandum est, vitia status ab initio statim formate Reipublicæ admissæ, sed pleraque Rempublicam jam constitutam sensim invaserunt. Paris non quoque Illustris Dn. Puffendorff. Op. de J. N. & G. L. VII. C. V. §. 14. it. in Dissert. de Rep. irregulari §. 6. habet: ubi de vitio irregularitatis, quod in nonnullis Rebuspublicis deprehendimus, verba faciens, idem vel ab initio constitutæ Reipublicæ extitisse ait, vel successu temporis & tacitis momentis irrepfisse &c.*

(b) *Atq; hujus distinctionis usus fore non contemnendus esse poterit, siquidem ex ipsâ statim vitiose quoad statum Reipublicæ appellatione eo modo constabit, utrum inde à primâ sui structurâ vitio non infecta fuerit, an vero id ipsum tractu demum temporis contracterit, id quod solo morbide vocabulo, quo Puffendorffius & alii passim utuntur, non ita accuratè efficies.*

§. III.

De vitiis illis statûs sive Reipublicæ accuratius præcipi non potest, quàm ob oculos positâ verâ legitimâq; ejusdem constitutione. Est autem Respublica societas illa omnium maxima atq; absolutissima, quàm metu injuriarum atqve oppressioinum, (a) quæ in vita se-gregi singulis imminabant, salutis atqve securitatis suæ studiosi homines, factâ viriûm atqve voluntatum perfectissimâ unione in-eundam

eundam censuere: quæ quidem unio talis tantaque est, ut quemadmodum arctissima membrorum conjunctio unum corpus naturale efficit, ita & insignis hominum numerus, in Civitatem concedens, unum efficiat *corpus morale*, (b) proprio nomine constans & ab aliis omnibus sui similibus per jura peculiariora distinctum.

- (a) *Causam itaque impulsivam constituende Civitatis metum constituimus, qui Patresfamilias, segregem hactenus vita conditionem amplexos, adversus imminentiæ extrinsecus mala, crescente hominum pravitate, non satis securos, eò tandem adiegit, ut hæc ratione de presidio sibi circumspicerent. Conf. Puffend. Op. de J. N. & G. Libr. 7. C. 1. §. 7. Consentit nobiscum Buddeus in Element. Philos. pract. part. II. Cap. 16. §. 2. ubi finem primarium civitatis esse securitatem affirmat. Unde patet, homines, ut in civitatem coirent, non per indigentiam fuisse motos, cui alio sanè modo satisfaceri potuit, vid. Puffend. l. c. §. 6. Rejicimus etiam opinionem eorum, qui intrinseco quodam instinctu atque natura ductu homines civilem societatem sponte sua appetuisse arbitrantur. Conf. eund. l. c. §. 2. it. Libr. de O. H. & C. Part. II. c. 5.*
- (b) Puffend. Op. de J. N. & G. Libr. 7. cap. 2. §. 13. *Republicam personam moralem, ejusque animam passivam summum Imperium appellat.*

§. IV.

Primus dictæ unionis effectus est productio Imperii, quod ab amplitudine atque dignitate summum, à subjecto, (a) cui inest, civile vulgo dicitur. Scilicet, qui consentire cœperunt, dissentire iterum possunt; aut si consensus ille, quantum ad propositum finem attinet immotus persistet, de mediis tamen ad eum obtinendum idoneis disceptari potest: possunt quoque illi, quorum vires per pacta coaluerunt, in usu atque applicatione earum se-gnes sese & promissi male memores præstare, si præsertim privata quædam utilitas publicam exsuperare visa fuerit. Quapropter ut scopus, quem dixi, obtineatur, necesse est, publico in civitatem concedentium consensu (b) in certum hominem aut certos homines potestatem conferri, quid publicè expediat significandi,

& de viribus singulorum, pro eo ac visum fuerit, cum in determinatione atque inflictione mali, quod segnitiam omnem & contumaciam exsuperet, disponendi. Quemadmodum autem extruendæ Civitati materiam ii, qui dicto modo sociantur, præbent, ita formam huic materiæ, quod diximus, Imperium conciliat, (c) spiritumque corpori infundit, quo ad exferendas omnis generis actiones apta habilisque reddatur.

(a) *Intellige subjectum commune, ipsam nempe civitatem, cui Gro-tius de J. B. & P. L. 1. cap. 3. §. 7. Subjectum proprium opponit, quale ipsi dicitur persona una pluresque, in quam vel in quas, pro cuiusq; populi genio ac moribus summum Imperium collatum est. Quemadmodum etiam Visus subjectum commune est corpus, proprium oculus. Atque his Puffend. de J. N. & G. l. 7. c. 6. §. 4. istum inesse sensum asserit: Si queratur confuse, ubinam summum Imperium reperitur? respondetur, illud existere in quavis Civitate; Si queratur distinctius, quanam persona imperium in Civitate habeat? respondetur, vel Rex, vel senatus, vel populus. Valde autem idem cavendum esse suadet, ne quis inde inferat, dari duo distincta in Civitate imperia, quorum reale penes populum, alterum personale penes regem resideat. Sicut ineptius fuerit, qui duos distinctos visus in homine fingere velit; unum, qui sit in homine, tanquam in subjecto communi, & alterum, qui in oculo; tanquam in subjecto proprio.*

(b) *Hec verba satis luculenter indicant summum Imperium immediate & proximè ex pacto promanare, neq; adeò hoc sensu ab ipso DEO conferri, quemadmodum J. F. Hornius de civit. l. 2. c. 1. contendit. Vid. Puffend. de J. N. & G. l. 7. c. 3. §. 3. Conf. quoq; Thomas. Jurispr. Divin. L. III. c. 6. §. 66. --- 88. ii. Budd. in Elem. Phil. pract. part. II. c. 16. §. 11.*

(c) *Vid. Buddeus in Element. Philos. pract. part. 2. c. 16. §. 5.*

§. V.

Dixi, summum, quod est in civitate, Imperium conferri aut in unum hominem, aut in plures posse: Pro diversitate itaque subjecti, in quod collatio illa Imperii facta fuit, diversa quoque illius

illius administrandi ratio atq; adeo diversa totius Reipublicæ forma est. Videtur autem commodissima *Rerumpublicarum* hæc esse *distinctio*; (a) ut quædam sint *regulares*, quædam *irregulares*; atq; hæc iterum aut *simplices*, aut *compositæ*. *Simplicium regularium* sunt tres, *Monarchia*, *Aristocratia* & *Democratia*. *Compositas* Græco vocabulo, quod idem significat, *Systemata* vocamus. (b)

(a) Illam suppeditat Pufend. Dissert. de Rep. irreg. §. 9. quam alio propositam ordine, ubi *Respublicas* in universum dividit in *simplices* & *compositas*, *simplicesque* iterum *aspescit* in *regulares* & *irregulares*; quam ultimam tamen *distinctionem* ait etiam ad *systemata* posse applicari.

(b) Sunt & inter scriptores Politicos non pauci, aliam adhuc, præter enumeratas, formam *Reipublicæ*, quam *mixtam* appellant, comminiscentes; quæ vel ex binis vel omnibus etiam *simplicium* feliciori quâdam *temperaturâ* coalescat, ita ut in *mixta* ex *Monarchia* & *Aristocratia* Rex & *senatus*; in eâ vero, quæ ex *Monarchia* & *Democratia* componitur, *Princeps* ac *populus*; in *mixtâ* ex *Democratia* atq; *Aristocratia* *populus* cum *Optimatribus*; quando autem ex *Monarchia*, *Aristocratia*, & *Democratia* coaluit, *Rex*, *senatus* ac *populus*, suo quilibet jure, *summi Imperii* partes *divisim* exercent. Ubi tamen *maximè* cavendum est, ne quis *diversâ* forte ab ipsâ *Reipublicæ* formâ ejusdem *administratione* *deceptus* novam propterea formam *effingere* instituat. *Quemadmodum* enim nihil impedit, quò minus *populus*, salvo *statu* *Democratico*, *exercitium* *summi Imperii* in *perpetuum* quendam *senatum*, *delegatâ* saltem *potestate* *instructum*, *conferat*: Ita quoque eadem *facilitate* fieri potest, ut in *Republica*, quæ *Aristocratico* *Imperio* regitur, *administratio* uni alicui homini *permittatur*, ita ut adhuc nihilominus *Aristocratia* ejusmodi *Republica* sit *nuncupanda*. Quod si autem *revera* *divisum* alicubi *ipsum imperium* *deprehenditur*, *manifestissimum* *indicium* est, non *mixtam* eamq; *regularem*, sed *irregularem* potius esse talem *Reipublicam*.

§. VI.

Regularis ea est *Respublica*, quæ ad dictam *Politico*rum *regulam*,

lam, ut in uno corpore morali unus sit Spiritus, unaque Civitas uno Imperio regatur, exactè quadrat. Quid irregularis sit, ex opposito intelligitur, & diceretur ea de re deinceps. Simplex Resp. illa est, quæ ex meris individuis, eandem appetentibus civitatem, constat: Sed composita est quæ ex pluribus unâ civitatibus, novæ Reipublicæ speciem præbentibus, componitur. (a).

(a) Definitio Illustris Puffendorfi, id quod citra invidiam hic monuisse liceat, paulo obscurior est, nec omnibus numeris absoluta dici potest; siquidem differentiam, quæ inter systema Civitatum & commune fœdus intercedit, planè non exponit. Extat eadem, L. 2. cap. 8. §. 13. de O. H. & C. sequentem in modum concepta: Systemata Civitatum vocamus, ubi plures perfectæ civitates aliquo peculiari vinculo ita connectuntur, ut ipsarum vires fere pro unius civitatis viribus haberi queant. Que verba nisi exemplis postea subjectis illustrentur, nil obstaret, quò minus v.g. Austriam atque Hispaniam, inde ab excessu Caroli V. peculiari quodam fœdere ita connexas, ut earum vires, communibus hostibus semper ferè junctis consiliis appositæ, pro unius Civitatis viribus haberi hætenus protulerint, systema quoddam Civitatum efficere quis existimet; quod tamen ne fiat maxime cavendum fuerat.

§. VII.

Monarchiæ Græcum vocabulum unius solius (a) potestatem (b) denotat. In Aristocratiâ plurium, eorumque præstantiorum (c) auctoritate; In Democratiâ totius populi (d) consensu summum imperium administrari dicitur.

(a) Hec verba luculenter satis ostendunt, usum hujus vocabuli esse merè exclusivum; adeò, ut qui rerum in tali Republica potitur, non possit alium, eandem secum potestate præditum, salvâ formâ Monarchicâ, ad consortium Imperii admittere. Etenim ipsum Monarchiæ vocabulum, quemadmodum ingeniose & ex verò notavit Excellentiss. Dn. Præses in Dissertatione de Marito Regiæ §. 7. multiundinem Imperantium statim excludit, nec obscuram contradictionem apud eos, qui Græcè intelligunt, pluralitas Monarchiæ

narcharum in uno eodemque Regno involvit. Quae ubi adest, id quod olim Roma duobus aut tribus Imperatoribus, indivisum Regnum tenentibus, legitur accidisse, quanquam duplex inde aut triplex civitas non enascatur, à regulata tamen status Monarchici aberrari, & irregularem inde Reip. formam constitui, præcipuam diligentia demonstravit Puffend. Dissert. de Forma Reip. Rom. itemque Op. de J. N. & G. L. VII. c. 5. §. 15.

- (b) Eo ipso indicare volui, non eum, qui summam dignitatem & Monarchæ titulo super ceteros in Republica eminet, Monarcham propriè appellari posse; sed eum tantum, qui solus summam in sibi subiectos potestate conspicuus est quocumque demum caractere insignitus fuerit. Nec mirum est, illos qui titulo Imperantium decipi sese patiuntur, falsa de Rebus publicis iudicia ferre. Quale quid Bodino contingere memini, qui de Rep. I. 8. Romanos Imperatores Regiam habuisse potestatem negat, eo quod Principes appellati fuerint. Optimè verò Grotius l. 1. cap. 3. §. 10. n. 3. Romanos Imperatores, palam & sine omni dissimulatione Regnum tenuisse affirmat: Atque aliunde satis constat, Augustum eque ac ipsius successores, assumpto Principis titulo, invidiam populi, qui Regium nomen infensissimo odio prosequabatur, à se amoliri voluisse.
- (c) Præstantia isthac vel virtutis, vel generis, vel divitiarum, vel qualiscumque alia est quam speciales cujusque Republicæ Leges definiunt.
- (d) Propterea tamen existimandum non est, ac si omnia ac singula populi membra, fœminas, infantes atque infimæ plebis homines in numerum eorum, penes quos summa rerum in Democratia est, referre velim. Quemadmodum enim certum est, patres familias, qui primum civitatem ejusmodi constituere, sub imperio domestico uxores, liberos atque servos habuisse, neque omni se potestate in eos abdicasse: Ita quoque fieri potuit, ut advenas quosdam, qui in civitatem postea concesserunt, non aequali secum jure frui passi fuerint, quin potius sibi eosdem reddiderint subiectos. Atq; hinc à jure suffragii atque exercitio summi Imperii
excludendâ

excludendi sunt omnes, qui neque ab initio in consilium de formandâ civitate admissi fuerunt, neque in priorum patrumfamilias locum ac jura successerunt.

§. VIII.

*Monarchia vel est absoluta, vel limitata. Illa est, quando mero Regis arbitrio summa rerum est permessa, ita ut omnes atq; singulas summi Imperii partes: Potestatem intellige legislativam, judicalem, punitivam, Jus belli gerendi reliquasque, nullo mortaliū aut impediēte, aut concurrente, exercere queat. (a) Hec, quando aut certæ Imperii summi partes, per originariam Regis cum populo conventionem, futura ipsius potestati eximuntur: (b) aut quando in exercitio earum Regi aut concilium populi, (c) certo loco atq; tempore indicendum, aut collegium Procerum, (d) continuo præsens, qualicunq; modo efficaci adiungitur. Quoniam enim illa omnia, quæ de legislativa, judiciali &c. Facultate diximus, in summa potestate civili naturaliter insint, (e) ut, qui eâ est instructus, de actionibus viratq; subditorum statuere, pro eo ac expedire publico visum fuerit, omnino queat: possunt tamen nonnulla eorum, ob peculiarem Reipublicæ statum, atq; specialibus in contrarium extantibus pactis, à personâ Imperantis abesse, salvâ in reliquis Imperii auctoritate. (f) Nec quidquam vetat, quò minus liber populus, Regem sibi adsciscens, ne hæc vel illa Imperii summi pars, quæ majoris momenti est, ac universam tangit Rempublicam, (g) nec adeò, tutò aut unius hominis iudicio aut paucorum Ministrorum fidei permitti potest, nisi accedente consensu suo exerceatur, pacto sibi caveat. Sed limitata hoc modo per concilium Procerum populique Monarchia tantum abest, ut Respublica ex Monarchia atq; Aristocratia vel Democratia mixta fiat, ut potius *συνδηροκρατία* sit Monarchia Aristocratica, sive Democratia Monarchica, quasi unicam pluralitatem, aut universalitatem singularem dicas.*

Nec opus esse puto, ut illa Imperii summi limitatio expresse fiat, (h) quoniam id fieri fortè tutius esset, cum eadem in ipsâ susceptione Imperii, quod in legibus jam formatam Rempublicam exerceri

exerceri debet, naturá sua inſit; ne, ſi ſinguli Imperantium inte-
grá iſta facultate legiſlatoria uti, fixasque ab Antecſſoribus leges
reſtigere obtentu ſui juris vellent, infinitis dubiis atque litibus ſub-
diti involvantur. Hinc adeo ejuſmodi legibus vix quidquam
præter reſcribendi, edicendi, decernendi atque mandandi pote-
ſtatem concedi poteſt. Quæ quoniam Legiſlatoriæ poteſtatis
partes eſſe videantur; cum tamen reſcribi, edici, decerni, manda-
rique nihil, quam quod generalium legum præſcripto congruit,
poſſit, ſatis inde limitatio legiſlatoriæ facultatis colligitur.

- (a) *Absolutum ejuſmodi, arbitrium & ab omni lege fundamentali
liberum Imperium Suverenitatis vocabulo Galli inſignunt; quo-
rum conſuetudinem alia quoque nationes Europæe ſequuntur. Angliſ
tamen in uſu eſſe, utut Imperium penes ipſos quàm maxime li-
mitetur, Regem ſuum Suvereni titulo cohoneſtare, Excellentiff.
Dn. Præſes in Collegio Polit. MSto c. 6. annotavit.*
- (b) *E. G. Si idoneis legibus inſtructa jam Civitas Regem ſibi creet,
aut ſi eadem futuro Regi ſtata & ferendis Republicæ oneribus pa-
ria bona ſemel assignaverit; quo caſu ſuppoſito, ut nova feran-
tur leges aut tributa imperentur, opus non eſt. Aſt adempta illa
ferendarum legum aut colligendi tributi poteſtate, poteſtas tamen
iudiciaria ceteraque ſummo jure exerceri poſſunt. Exemplum
hæc in re manifefiſſimum præſens Angliæ ſtatus præbet: notum
quippe eſt Magna Britanniæ Regem facultate Leges ferendi atque
abrogandi inducendiq; tributa omnino deſtuiti, ſalvis ſibi reliquis
ſummi Imperii juribus.*
- (c) *Referre huc poſſes Parlamentum Angliæ, quod Ordines Regni
conſtituunt, quibus facultas deliberandi cum Rege & decidendi
publicè conſeſſa eſt. In domum ſuperiorem atque inferiorem illud
dividi, vulgo conſtat: Illa Proceres, hæc Nobiles atque civitatum
Deputatos continet: Cujus utriusque maxima profecto eſt aucto-
ritas. Conf. Becmann. Hiſt. Orb. Terr. Part. II. C. 4. §. 22.*
- (d) *Ejuſmodi Collegium Procerum in Polonia deprehenditur, quod
Zalaſzowskius Op. de jure Regni Polon. Lib. I. Tit. 28. ſe-
quentem in modum deſcribit: Ex Senatoribus Regni, Magni Du-*

catus Lib. & aliorum Dominiorum Regno annexorum, solebant in singulis comitiis ordinariis, pro integro biennio, sexdecim Senatores, pro Residentia continua ad laus Regium deputari: pro quolibet semestri quatuor, hoc est: unus ex Episcopis, vel etiam Archiepiscopis, unus ex Palatinis, & duo ex Castellanis, eo ordine & turno, ut in Senatu sedent. Ita A. D. 1573. fol. 254. & seqv. §. Ezeſto sic teſ / lege perpetua ſtatutum eſt. Item Anno Domini 1576. fol. 276. §. Ezeſto ſic. Item A. D. 1607. fol. 830. D mieſkániu. It. A. D. 1609. fol. 889. tit. D mieſkániu Senatorow. ſed hodie in ſingulis Comitiis ordinariis viginti & oſto Senatores pro reſidentia eliguntur. Inter quos quatuor ſunt Episcopi ſeſe ordine ſubſequentes, ita ut neque Archiepiſcopi excipiantur, quando ipſos ordo ad Reſidentiam tangit. Deinde oſto Palatini, ſeſe ordine ſubſequentes. Item Caſtellani Maiores, iidem ſeſe ſubſequentes, ut videre eſt in designatione DD. Senatorum ad Reſidentiam ab Anno 1641. & ſequentibus Annis. Idq̄ hoc motivo, ut Regi conſulant. Quod Sigismundus Auguſtus Rex (ut referi Herburtus in ſtatuto Latino fol. 429. Januſſovius fol. 274.) expreſſit his verbis: Ne Rex Senatorum ſuorum conſilium negligat, nunquam nos commiſſuros eſſe, ut, non communicato cum Senatoribus noſtris conſilio, ulla de re quidquam ſtatueamus. Idem Stephanus Rex in literis confirmationis A. D. 1573. fol. 264. Ezeſto ſic. &c. Item, ne quis ſcrupulum habeat, de uſurpando abſoluto Dominio contra leges Regni, hoc eſt: ut Reges nihil faciant contra iura & libertates communes, & dignitas eius conſeruetur.

Sed A. D. 1641. fol. 3. tit. de reddendâ ratione ſenatusconſultorum & fol. 37. ordinatum eſt, ut Senatores ſpirituales per integrum medium annum, ſeculares autem, in quolibet medio anno, per tres tantum meſes reſideant, ſub pœnis pecuniariis in conſtitutione Anni 1609. expreſſis. Qua Reſidentia debet intelligi intra fines Regni & M. D. L. non extra. Præter Senatores etiam ex Equeſtri ordine, & quidem ex ſingulis Palatinatibus unus, ad reſidentiam

tiam penes latus Regium admittitur. A. D. 1590. fol. 563. vid. & 1649. f. 15. Hi Residentes quidquid statuunt, vim legis obtinet. A. 1590. f. 563. it. 1641. f. 4. & 1649. f. 15. Non possunt tamen in ejusmodi senatusconsultis tractari materia ad comitia spectantes per Constit. quæ allegantur. Licitum tamen est, ultra deputatos Senatores ad Residentiam, penes latus Regium cui libet alteri Senatori residere, consiliis assistere & votum suum dare. Ita Stephanus Rex in literis confirmationis fol. 255. & in constitutione Anni 1576. fol. 276. Nec deputati Senatores plus auctoritatis habent supra istos, præter hoc, quod illi teneantur continuo residere penes latus Regium usque ad tempus præfixum.

- (e) Non tamen ita, ut, (quemadmodum Pufend. de O. H. & C. Lib. II. cap. 7. §. 9. loquitur) si una vel altera pars summi Imperii planè abfuerit, mancum sit Imperium, nec ad finem civitatis procurandum idoneum. Nam de necessaria istarum partium connexionem, pro diversâ Rerumpublicarum indole atq; utilitate judicium instituendum esse existimo; quod & ipse Illustris Dn. Pufend. Op. L. VII. Cap. 6. §. 10. seq. naturam limitati Regni explicans, prolixius ostendit.
- (f) In tali enim Regno Rex summum habere Imperium non desinit. vid. Grot. de J. B. & P. L. 1. cap. 3. §. 16. & Pufend. Op. L. VII. c. 6. §. 10. Mirum verò est Celeberrimum Dominum Kulpis. id ipsum negare, eo quod ex tali Regis promisso oriatur obligatio, quæcum imminuat libertatem, hinc nec Majestatem, ad cuius rationem formalem libertatem summam requiri vult, illibatam Regi servari existimat. vid. ipsius Colleg. Grot. p. m. 25. Quis autem non videt, ipsum confundere summum imperium cum absoluto? Quam tamen summum noceat absentiam superioris aut equalis in eodem ordine: absolutum autem facultatem proprio ex iudicio & arbitrio qualescunque jus exercendi. Vid. Pufend. loc. cit.
- (g) Exemplo esse potest facultas gerendi bellum: Cum enim Regum nonnulli gloriæ per bella paranda ultra modum interdum cupidi existant, multisq; propterea Civitatem, regimini suo commissam, turbis

involvant; quis vitio vertet populo, qui, ad evitandos casus triftiores, Regem eò adegit, ut in ipsa Regni delatione facultati pro lubitu bellum gerendi renunciaverit?

- (h) *Atque de tacità hâc limitatione altum hæctenus penes scriptores Politicos silentium fuit, quam tamen status nonnullarum Rerum-publicarum efficere omnino videtur.*

§. IX.

In statu quoque Aristocratico scèpè fit, ut aut necessitas Optimatibus imponatur, certis in rebus, ad summi Imperii ambitum pertinentibus, totius populi consensum (a) requirendi; aut, quemadmodum supra jam monui, ut eidem Collegio Aristocratico Princeps præficiatur, (b) ad decus (c) & ad auctoritatem: (d) qui utut præcipuo in honore sit & ad res maximi momenti, quæ malè à multis curantur, expediendas adhibeatur; (e) Ipsiusque etiam nomen quicquid ab universo Collegio proficiscitur præ se ferat; re vera tamen nil nisi Magistratus atque Minister Reipublicæ est, & ad rationes rerum gestarum reddendas iudiciumque subeundum tenetur. Id quod quidam Aristocratiam ex Democratia aut ex Monarchia mixtam, id est: Aristocratiam Democraticam, Aristocratiam Monarchicam; Paucitatem universalem, pluralitatem singularem vocant.

- (a) *Exemplum ejus occurrit in Republica Romana, qualis fuit statim ab expulsis Regibus, antequam Tribunitia potestas emergeret, ubi penes Nobilitatem summi Imperii jus fuisse certum est. Postquam enim expellendis Regibus mutandæque Reipublicæ flagitium Sexti Tarquini in Lucretiam admissum occasionem præbuerat, Nobilesque abolendæ potestatis Monarchicæ auctores fuerant; manifestum profecto est, ipsos non plebi, sed suo potius ordini fasces Imperii vindicare voluisse, adeoque post ejectos Reges non Democraticam sed Aristocraticam formam Reipublicæ inducere decrevisse, ita tamen, ut de cetero idem populo jus, quod sub Regibus habuerat, deinceps quoque fuerit relictum. Etenim inde à primâ Urbis Conditiæ origine Patres jam reliquis auctoritate superiores extiterant, ad consilium gerendæ Reipublicæ semper admissi: Plebs vero*

verò, obsequio hæcenus adfucta, omnia pro sui animi iudicio atque arbitrio in Republica gerendi libidinem momento statim concipere vix potuit, sed satis initio habuit, momenta negotiorum, ut olim, secum humaniter communicari. Vid. Pufend. Differt. de Formâ Reipublicæ Rom. §. 8.

(b) *Ejusmodi Principem in Republica Veneta, Aristocraticò ceteroquin Regimine gubernata, deprehendimus; Cujus Reipublicæ statum Joann. Cotovicus in Synopsi Reipublicæ Venetæ, Caspar. Contareni libris de Republica Venet. annexâ sequentem in modum brevissime describit: Primum in Republica locum Dux tenet, Regiam speciem habens, ac gravitatem dignitatemque Regis servans; Venerabilis in eo cultus est, sedem habet in suggestu veluti Regiam. Præter publicos, peculiâres etiâ Officiales & Ministros habet, variis nominibus titulisque insignitos, & è publico stipendiatos: Cancellarium nimirum, quem vulgo inferiorem vocant, Equitem vulgo Ducis appellatum, Sacellum, Clericum, & Domicellos duodenos, vulgo Donzellos dictos; qui omnes, dum in publicum prodit, præcedunt & honoris causa comitantur, omnes Cives, tum privati, tum Magistratum tenentes, detecto capite, & stantes, sedentem alloquuntur, ipse vero nulli assurgit. Cunctæ Epistolæ Reipublicæ sub nomine ipsius prodeunt. Decretorum, Legum, ac senatusconsultorum promulgationes nomine ejus fiunt. Nummi omnes, tam aurei, quam argentei cum nomine ac figura ejus excuduntur. Orator quivis, Prætor, Præfectus, aut quilibet alius ad Senatum scribere quid volens literas ad ipsum destinat. Ducis munus est, ut Magno Consilio ceterisque collegiis Optimatum, dum vixerit, præsideat: quoscunq; Magistratus in officio ita continet, atque eâ ratione moderetur, ut veluti quâdam harmonia omnia consonent communi bono: singulis diebus Mercurii Magistratus omnes adeat, eorumque subsellia visitet, sui muneris ut reminiscantur, privatorum causas ne negligent, neve negligentia publicæ utilitati officiant, admoneat: Nulla*

privata functione utatur, sed ubiqve boni communis curam habeat, & tanquam in altâ Reipublicæ specula positus, quid unusquisque, præsertim qui publicis funguntur muneribus, agant, diligenter inspiciat & inquirat: Si quempiam suo deesse officio comperiat, accersitum coram universo Collegio verbis primum acriter objurget; aut si ita res ferat, Advocatoribus, seu Decem - Virorum Præfectis mandet culpam ejus dignosci: Omnibus se adjungat Magistratibus, ac par cum singulis habere suffragium libere possit: Solus nihil efficere valeat; aliis verò Magistratibus adjunctus, non amplius auctoritatis obtineat, quam quivis alius eorum, qui eo Magistratu funguntur.

Senatus Centum viginti Senatores habet, ex quibus *sexaginta ordinarii*, *sexaginta Della gionta* appellati. His centum viginti Senatoribus pari jure adjunguntur: Dux, Consiliarii, sex Præconsultores ac ceteri Prudentum ordines, Decemviri, Quadragesimaviri, Judices capitalium caufarum, salis & annonæ frumentariæ Præfecti, salubritatis & Arsenatus seu rei navalis Præfecti, D. Marci Procuratores; multi præterea alii Magistratus. Adeo ut summa omnium bis centum & viginti Senatores excedat. Hi universæ gubernandæ Reipublicæ curam habent; Paces & bella publico decreto suscipiunt; Pecuniam omnem Reipublicæ nomine exigi jubent; nova tributa & decimas imponunt; eligendi Oratores, qui ad externos Principes mittantur, jus habent; Collegium etiam sapientum, qui Senatum cogunt & adipfos referunt, aliosque præterea Magistratus primarios creandi auctoritatem habent. Conf. etiam Donati Jannotii Dialog. de Rep. Venet. & Caspar. Contaren. de Venet. Rep. Lib. I. It. Philippi Honorii Relat. de Rep. Venet. sub init. Part. tertiæ & ultimæ. *Ex quibus quidem scitis, ut opinor, apparet, summam rerum apud Venetos penes Optimates esse, & quem sibi Constituunt Ducem, omni omnino summe potestatis jure destitutum, non nisi Præmarium Civem atq; Reipublicæ Ministrum agere. Quâ de re ne quis ullo modo dubitare queat,*

queat, illud præter jam enumerata efficit, quod non solum pro certa mercede Duces Venetos operam suam Reipublicæ locare constet, verum etiam nonnullos eorum ignominia & exilio, quin & cæde nonnunquam multatos esse, atque in defunctorum actionibus ita scrupulosè inquire, ut, sicubi fortè à præscripto legum aberrasse deprehendantur, ipsorum quoque heredibus pœna pecuniaria irrogetur. Vid. Donat. Jannot. l. c. It. Nic. Crassi Not. in Jannotium & Contarenum not. XV. Quapropter maximopere errant Contarenus & Cotovicus, qui de forma Reipublicæ Venetæ judicantes, feliciori quâdam ex tribus simplicibus Rerumpublicarum formis mixturâ temperatam esse affirmant. Prioris verba, (quemadmodum videre est libr. ipsius l. de Venet. Rep.) hæc sunt: Optimam Majores nostri temperiem adhibuere, eamq; mixtionem omnium statuum, qui recti sunt, ut hæc una Respublica & Regium Principatum & Optimatum gubernationem & civile item Regimen referat; adeo ut omnium formas pari quâdam libramento commiscuisse videantur. Alter verò, quæquam postea fateatur, Principem hujus Reipublicæ speciem quidem Regis præ se ferre, potestate autem nulla gaudere; tamen sub initium statim antè citatæ synopsis suæ ita differit: Respublica Veneta mixtionem omnium Statuum refert, videlicet, Monarchiam, sive Regium Principatum, qui penes Ducem est, Aristocratiam, sive Optimatum gubernationem, quæ constat ex Senatu, Democratiam denique, seu Populare regimen, idq; ex universo civium constat conventu, ac Venetorum Magnum consilium constituit, à quo universa pendet Respublica. Quoniam vero consilium illud Magnum, ipso deinceps Cotovico fatente, ex solis Patritii ordinis civibus, ad exercitium certarum summi Imperii partium admittis, collatum est; nihil sane istorum judicium pro destruendâ hujus Reipublicæ formâ Aristocraticâ facere, oppidò quàm luculenter patescit.

(c) Postquam inter plerasque Europæ Gentes cultior vita ratio surre-

surrexit, certa quaedam disciplina enata est solennium verborum atque rituum in aulis precipue usitata, quam & extra aulam ubique Reges atque Principes eorumque Ministri scrupulose requirunt. sed cum in ea non satis semper versati sint, qui Rempublicam Aristocraticam administrant; nec commode fieri possit, ut uni forte presenti Principi universus senatus obsequium atque reverentiam, ad regulas illius elegantiae exactam, praestet; negotium Principi viro datur, ut circa inania ista otiose sataget, dum rebus seriis cogitandis ceteri incumbunt.

(d) *Quaquam legitima in civitate potestas sibi suoque fini facile sufficiat, tamen cum vulgus hominum nullâ re potentius moveatur, quam quae cum splendore atque apparatu in oculos incurrant, nec saepe aut e Republica aut in facultatibus privatorum sit, ut Optimates omnes eximio corporis cultu insignes incedant, pompamque alant, commodius visum fuit, unum aliquem esse, qui oculos & aures plebis rerum ipsi gratarum atque mirabilium specie pascat, adeoque Imperii Majestatem per sensus animis imprimat.*

(e) *Atque haec est potissima causa introducti in Rempublicam Aristocraticam Principatus, ut, quod pluribus expedire visum fuerit, unus executioni det; postquam exemplis compertum est, res eas, quae serie tractaque actionum diversarum ad unum finem tendentium constant, malè à pluribus curari; saepe etiam opus non est, ut id multi agant, cui unus sufficit. Quia & ea est humani generis conditio, ut pro diversitate ingeniorum diversa quoque circa eundem finem obtinendum media interdum eligantur. Quae quidem varietas, si in sententia omnes perstet, ne nihil omnino efficiatur, in causa est, aut si conciliari rationum collatione facta possit, impedit certe quo minus res magni momenti, moram saepius nullam ferentes, ea, quae opus est, promptitudine, executioni dari queant. Neque porro existimandum est, aequè facile unum vel alterum de numero Optimatum executionis faciendae curam suscipere posse: Quem admodum enim saepe contingit, ut, quibus in commune circa res delibe-*

deliberandi facultas concessa est, nimum quantum dissentiant; Ita qui pluralitate suffragiorum contrariam sententiam probantium victus est, ad exequenda sententiae suae adversa consilia nunquam sine malo aut certe periculo Reipublica adstringetur. Metuendum est enim ne segnius negotium gerat, cujus gratia ad alios redundabit, & ne errasse videatur, alieni consilii fructum data opera corrumpat. si dicas, suae quemque sententiae executionem suscipere debere, mutatis facile partibus modo hic modo ille rebus gerendis praerit, quod & per se incommodum est & perpetuis factionibus viam aperit; quibus in Aristocratico statu nihil est nocentius. Praestat ergo ut uni soli & quidem illi, qui neutrarum est partium, & ad sententiam cum ceteris dicendam non adhibitus, nuda negotii executio demandetur.

§. X.

Sic & in Statu Democratico usitatissimum est, quod pariter jam paucis ostendere supra occupavi, ut populus, ne frequentioris congressus molestia opus sit, res quotidianas & minoris momenti quaeque moram non patiuntur certo senatui permittat; qui quamquam & dignitate eximia fulgeat & à singulis Civibus sancte colatur, potestatem tamen non nisi Vicariam atque delegatam exercet, quae à populo pro lubitu circumscribi, planeque si res ita ferat, tolli potest; unde & congressu civium instituto senatus illa auctoritas expirat, soluto conventu, nisi quid novi intervenerit, continuo reviviscens. Qui ergo Rempublicam ejusmodi mixtam dicunt & Democratiam Aristocraticam, id est: universalitatem paucorum vocant, illi eodem jure pro aqua calida vocabulum ignis aequi usurpabunt; cum non magis cum aqua ignis, salvam utriusque rei specie, misceri, quam cum Aristocratiam Democratiam possit.

§. XI.

Non datur ergo Respublica mixta, (a) aut si detur, pro certo tamen ponimus, illam non nisi ad dictas tres Rerumpublicarum formas simplices, in una eademque Republica confusas, ab omnibus

ejus sententiæ Patronis referri. Quo ipso manifestissimum discrimen illius à systemate enascitur; id quod eo diligentius est explicandum, quo obscurius pluriqve quicquid ad naturam systematis intelligendam facit, proposuere. (b)

(a) Atque hinc nullâ ratione Kulpis. in Colleg. Grot. ad L. I. C. III. §. 11. mixturam Rerumpublicarum defendit, ea animi contentione, ut, qui eam negent, aut saltem è censu regularium formarum eliminare contentur, videri sibi contra rationem & praxin vitæ civilis pugnare asserat. Exempli loco idem minus accuratè allegat, si in regno Majestas cum Concilio aliquo aut populo communicetur: de quo quid sentiendum sit, ex iis quæ superius disserui facile patebit.

(b) Quod discrimen quoque ipse jam suo tempore agnovit Aristoteles, qui, quemadmodum Grot. de J. B. & P. L. 1. cap. 3. §. 7. ostendit, plures perfectas civitates arctissimo fœdere ita connecti posse, ut systema quoddam efficiant, rectè annotavit. Quod autem Interpretes Aristotelis præter simplices regularium Rerumpublicarum formas non nisi mixtarum mentionem iniecerint, ex nimis perfunctoria ipsius lectione, Græcique sermonis ignorantia provenisse videtur, dum forte compositionem, quæ systematis nomine indicatur, & mixturam unam idemque significare existimarunt.

§. XII.

Quemadmodum itaq; Civitas, qualem Imperio Monarchico, Aristocratico atque Democratico subjectam descripsimus, pacto singulorum constat; ita etiam pacto Civitatum conjunctio earum fit, quam Græco Vocabulo Systematis appellamus. Pactum autem, quod Civitas cum Civitate init, speciatim fœdus (a) dicitur, quod aut temporarium est, aut perpetuum. Temporarium est, cujus obligatio aut ad certum casum est restricta, sic ut tempore illo elapso aut casu non amplius existente eadem expiret. Perpetuum est fœdus, cujus finis à ferientibus nec prospicitur, nec speratur, qui & citra status præsentis mutationem non ingruit. (b)

(a) Quamquam incundorum fœderum facultas propriè ei competit,

tat, qui summum civitatis Imperium habet, unde & inter partes illius ordinarias refertur, nil tamen obstat, quò minus, subiecto ejusdem speciali non existente, universa Civitas jure hoc utatur.

- (b) Differt ergo distinctio hæc inter fœdus temporarium atque perpetuum ab illâ, quæ inter fœdus personale ac reale vulgo constituitur. Vid. Grot. de J. B. & P. L. II. c. 16. §. 16. & Pufend. de J. N. & G. L. VIII. C. 11. §. 6. seq. illa in quavis Republica simplici, hæc non nisi in Monarchia atque Aristocratiâ locum habet.

§. XIII.

Communis ineundorum fœderum causa à parte Civitatum ipsarum indigentia est opis mutæ & securitatis præsertim externæ, conjunctis plurium viribus obtinendæ, (a) ad rationem illius indigentia fœdera meritò attemperantur. Si transitoria urgeat necessitas, sufficit temporarium; si vero perpetuum aliquod aut periculum immineat, aut incommodum incumbat, perpetuo fœdere copulari satius fuerit. Prius fit, quando communis plurium Civitatum hostis est, qui perpetuum exerendi odii & causam & facultatem habeat, cui singulæ non sint pares, cunctæ autem validè satis resistere possint. (b) Posterius fit, quando cum ipsâ illâ Civitate, quæ inimica alteri fuit, tollendi dissidii causâ, hæc jungitur. (c)

(a) Hinc fœdera vulgo commerciorum aut belli causa instrui dicuntur.

(b) Exemplum luculentum hujus rei Helvetia Belgiumq; præbent: illa enim ad Austriacæ, hoc ad Hispanicæ potentia metum systematis sui origines rectè refert. Nec alia ejusdem systematis continendi ratio est, quàm perpetua metuendi causa, quam jus illud præbet, quod Imperatoribus in Helvetiam, Hispanicæ Regibus in Belgium omnino olim competebat; cujus abusus quemadmodum defectioni populorum causam dedit, ita quæ occasione datâ, jus pristinum jactaturo & recuperande avitæ ditionis desiderium ostensuri sint, qui imperare usdem desiere, dubium non est. Nocendi vero opportunitatem, utrobique & vicinia & potentia vicinorum

cumque nec singuli Helvetiorum Pagi Austria, nec Hispania viribus singule Belgarum Provincie pares sint, nulla est aptior retinendæ libertatis ratio, quàm quæ perpetuo illo Pagorum atq; Provinciarum foedere continetur.

- (c) Exemplo manifestissimo est Angliæ & scotiæ conjunctio, quæ utrum duratura sit, dubio nunc non vacat. Inter Sveciam certè Daniamque cum idem olim, circa A. 1369. Conventione Calmariensi, tentaretur, successu res caruit. ut enim conjunctio talis firma perstet, extinctione causarum opus est, quæ bello olim vicinas nationes colliserunt; quod ni bona fide fiat, sed id potius obtentu foederis agatur, ut infirmior pars, magis magisque debilitata, accessio alterius tandem fiat, & in Provincia formam redigatur, mirum sane non est in malè junctas partes systema iterum dissilire, & quodlibet Regnum securitati atque utilitati suæ seorsim consulere.

§. XIV.

A parte autem Imperantium in Regnis sæpè contingit, ut occasione matrimonii inter personas Principes utrinq; summi imperii possessione aut adipiscendæ illius spe gaudentes contracti, aut *vi hereditarii juris*, quod ex remotiori qualicunq; cognationis aut affinitatis gradu exurgit, velut inviti diversi populi junguntur. Quod quando fit in Regno absoluto, aut ad absolutum propius accedente, privatæ tantum Imperantium utilitati consulitur, nullâ ipsarum Civitatum ratione habitâ, quanquam commune earum bonum speciosè prætexatur; (a) sed in Regnis limitatis rectè populus, ne id fiat, pacto sibi cavet, quo matrimonia Principum moderatur (b) ordinemque successionis talem, qui his incommodis careat, maturè statuit. (c)

- (a) Hinc aded pater, non semper initium systematis à foedere Civitatum proficisci, quæ jungi debent, quanquam ut plane idem absit, fieri non possit. Hinc & de Regno absoluto, non de absolutis Regnis loquor, ut nimirum sensus sit: posse quidem cum absoluto limitatum regnum utcumque jungi, sed absoluta utrinque Regna per modum systematis jungi non posse,

posse, uti exemplum ditionum, quas communi quoddam iugo Turca aut Russus premit, docet. unde porro apparet, nullam Regnorum conjunctionem, quæ mutuo hoc fœdere careat, systematis nomine appellandam, si vel maxime ex successivè inter Reges initis renovatisque pactis perpetui inter ipsa Regna fœderis species enascatur. Exemplo sunt Imperatores & Hispania Reges, à tempore Ferdinandi I. ad usque mortem Caroli II. conjunctissimi: Quæ tamen conjunctio, nil nisi fœdus defensivum fuit, communis Patrimonii adversus Gallum tuendi causa factum, & præter spem vota que constituentium, durante ejus causâ, inter successores de tempore in tempus prorogatum, uti suprà monui.

- (b) Exemplum pacta conventa Poloniæ præbent. Rex enim Poloniæ (verba sunt Zalaszowski de J. R. P. tit. XI.) non potest sponsam ducere, sine consilio & assensu senatus, A. D. 1576. fol. 256. §. 2. ita nã Matzenstwie sub titulo Literæ confirmationis & in Comitibus Coronationis A. D. 1576. fol. 278. Janusovius fol. 20. Id quod prolixius Chwalkowskius de Jur. Publ. Regn. Polon. L. I. Cap. IV. sub init. expressis his verbis: Regis Conjugium ad Reipublicæ statum amplificandum, vel diminuendum, plurimum habet momenti. Reges quippe, ut dicere solebat Rex Alphonsus, sunt sponsi Regnorum, & sic non tam Regum, quàm Regnorum interesse in ea versatur, qualem Rex uxorem ducat. Quamvis enim gens Polonorum libera non ex cunis expectet Dominum, qui fasces Imperii cum fasciis accipiat, neque unius formæ hæreditas sit, non tamen adeo diversa est domus Principis & Reipublicæ, quò minus eidem in matrimonio Regis magnum sit positum momentum; Ideò Rex Poloniæ conjugium absque Senatu non quarit, juxta Cautionem Sigismundi Augusti A. 1548. & Pacta Conventa Stephani A. 1576. successorumque.

Quæ cautione magis opus est in nuptiis Principis Fœminæ; Cum illic, ne alienum Regnum nostro, hic, ne alieno nostrum Regnum minus opportune jungatur, metuendum sit. Exemplo

posterioris casus Angliæ est, cujus Regina, Maria, cum, svasu Ordinum Regni, Reginaldo Polo, aut (Corteneo Devonie Comitæ,) nobilibus Anglis, nubere nollet, teste Petr. Svav. in histor. Concil. Trident. L. V. sed ad Philippum II. Hispaniæ Regem magis propenderet, leges Connubio huic ab ordinibus positæ sunt, parum Philippo gratæ, quas recenset Thuan. Hist. L. 9. Conf. Burnet. Histor. Reform. P. II. p. 175.

- (c) Huc pertinet Lex salica, quam vocant, cujus non tam ea est ratio, ne per matrimonia virginum Regiarum extraneum, quàm ne communem cum alio Regno Regem Gallia sortiatur. Qui casus ne in Eduando III. coningeret, Lex ea prohibebat.

§. XV.

Qui ergo adductas systematum faciendorum causas cogitat, facile cernet, de natura systematici foederis esse, ut sit perpetuum perpetuitate quidem non vera; quid enim in rebus humanis perpetui est? Sed opinione, voto, atque intentione auctorum tali, utpote qui id agunt, ut quàm fieri potest arctissima Civitatum diversarum Unio fiat, cui ipsæ futuri exitus cogitatio videtur de-rogare.

§. XVI.

Conjunctio autem diversarum Civitatum, quæ foederis perpetui effectus est, non omnimoda est, sed partialis, arctior quidem eâ, quæ ex temporario foedere est, sed laxior tamen, quàm ut unam eandemque Civitatem efficiat. (a) Fit autem illa conjunctio duplici ratione, constituto nimirum uno duplicis imperii (b) sub-jecto, & potestate illius, qui imperat, ita limitata, ut certæ Imperii summi partes non sejunctim unius possint, sed communi omnium nomine debeant exerceri. Quod ut evidentius sit, de diversis, quæ at eum modum junguntur, Civitatibus, distinctè est videndum. Aut verò Regnum Regno, aut Civitas Civitati Aristocraticæ sive Democraticæ copulati.

- (a) Si enim omnimoda conjunctio, quæ confusione atque permutatione partium constat, fieret, quod Incorporationem vulgo dicunt,

dicunt, una redderetur civitas. sed Contradictorium est in una civitate systema civitatum esse. Recte Grotius de J. B. & P. Lib. I. Cap. III. §. 7. num. 2. accidere posse ait, ut plurium populorum idem sit caput, populi tamen singuli perfectum cultum constituent: Neg; enim, pergit ille, ut in naturali corpore non potest caput unum esse plurium corporum, ita in morali corpore; Nam ibi eadem persona, diversa ratione considerata, caput potest esse plurium ac distinctorum corporum: Cujus rei certum indicium esse potest, quod extincta domo Regnatrice imperium ad quemque populum seorsim re-vertitur.

(b) Cum enim, si due aut tres Civitates systematice jungantur, totidem distincte Civitates maneat, suum quoque peculiare singulis imperium summum perstat, id autem systema facit, ut, cum ante proprium cuique imperio subjectum esset, nunc commune idem statuatur.

§. XVII.

Prius si sit, salvo manente cujusque Regni statu, quod semper supponi debere res ipsa loquitur, (a) arctior unio eorum fieri non potest, quam si duo plurave Regna, quæ duobus vel pluribus ante regibus suberant, unius impofterum imperio regantur. Id quod fieri potest, aut dispensatâ per vices presentia sua, (b) aut Vicaria hic illic potestate Constituta. (c)

(a) Contradictionem enim involvit, duo Regna jungi eo junctionis modo, quo alterutrum eorum Regnum esse desinat.

(b) Locum hoc habet, si Regna contigua vicinæque sint, ut sine periculo minimaque mora mutari sedes possit. Non satis commode itaque, postquam Ericus Pomeranus in tria Regna Arctoa imperium nactus fuerat, expresse ab ipso ordines postularunt, ut quotannis, duobus ex seuatu sibi adjunctis, circumiret provincias, & quatuor menses plus minus in quolibet Regno subsisteret, ad audiendum cognoscendumque desideria subditorum. Vid. Loccen Histor. Svecic. l. 3. quem citat. Puffend. Dissert. de System. Civ. §. 14.

(c) Hoc

(c) Hoc in Regnis, maris vel terrarum intercapedine sejunctis, obtinet, quæ non magis quàm unius Regni disjectiores partes per vires à Rege abiri possunt. Namq; Rex Hispaniæ si Neapolim, Hispaniam, Regnum Mexicanum, Belgiumq; præsens regere deberet, in itinere semper versaretur, nec ubiq; foret, sed nullibi. Rectè ergo Pro-Reges, Præsides, Commissarii, aliisq; nominibus insignes Regiæ potestatis Vicarii hic illic constituuntur, quæquam in Provinciis, quàm in Regnis Systematicè junctis, feliciter id fieri omnes facile agnoscant.

§. XVIII.

Ut illa duorum pluriumve Regnorum unio firma stabilisque sit, hæreditario opus est jure, quo à communi Rege ea possidentur. (a) Quod si enim aut utrinque facta electio unum fortè tangat, nullâ conventionem additâ de eodem electionis modo constantè observando, (b) id quod, salvâ eligentium libertate, aliasq; ob causas, fieri non potest, (c) temporaria illa conjunctio erit, systematis nomine indigna; (d) aut si ex unius Regni parte hæreditario, ex parte alterius electio jure Rex gaudeat, si in posteris ejus idem utriusque Regni status servandus sit, itidem perpetuitas systemati deerit, quàm ad constitutionem illius requiri demonstravimus; (e) aut si systema perstet, Regnorum Status mutationem patietur, quâ aut de hæreditario unius, aut de alterius electione jure detrahatur (f) id quod fini eorum, qui junguntur, repugnare constat.

(a) Proxima ejus asseriti ratio petenda est ex natura fœderis, quod Regnorum in uno Rege conjunctionem præcedit, camque efficit, cujus perpetuitati hæreditarium Regnantium jus aptissime respondet. De hoc uniendorum Regnorum requisito quæquam disertè Pufendorfius non præcipiat, sed obiter inspectus contrariæ potius sententiæ favere videatur, multa tamen habet pro nobis omnino facientia, sed verbis valde ambiguis expressa. E.g. quando dicta dissertatio §. 10. prioris generis Systematum diversas & præcipue quidem duas causas facit,

facit, matrimonia Principum & jus hereditarium, intelligi
 verba hæc ex regulis bonæ interpretationis non nisi in sensu di-
 viso possunt, ut scilicet tam ex solo matrimonio jus omne heredi-
 tarium excludente, quam ex jure hereditario casum matri-
 monii proxime non spectante, systema dicatur enasci. Mox
 tamen, ubi exemplum de matrimonio præbendum erat, Phi-
 lippi quidem, Hispaniæ Regis, & Mariæ, Angliæ Reginæ,
 nuptias adducit, sed ut verbis statim subjectis fateatur, non
 nisi mutuam in administratione utriusque regni societatem ini-
 tam fuisse, & justum quidem systema ex isto matrimonio po-
 tuisse provenire si, superstite Principe Carolo, ex Philippo &
 Mariâ nata fuisset soboles, quæ in omnia regna matris & præ-
 terea in omnes Belgii & Burgundiæ Principatus debebat succe-
 dere, Cæsareque defuncto in omnia quoque Hispaniæ & Italiæ
 regna atque ditiones; id quod factum non est. Ex quo con-
 cludimus (1) nullo allato exemplo Puffendorsum ostendere po-
 tuisse, quod ex solo Principum, qui hereditario utrinque jure
 regna possident, matrimonio systema enascatur, id quod pro
 nobis facit. Quodsi enim, inito inter Philippum atque Mariam
 conjugio, teste Thuano, cum quo consentit noster, quemad-
 modum in societatem administrationis regnorum Hispaniæ à
 Philippo Mariâ, ita in societate Regni Anglicani administrandi à
 Mariâ Philippus admitti debuit, nil certe minus actum fuit,
 quam ut inter regna Hispaniæ Angliæque systema constitueretur,
 velut quod non nisi in unius sive Regis sive Reginæ persona
 inesse potest; sed nec Philippus nec Mariâ suo se jure abdicavit,
 nec dici potest duplex hic systema fuisse, unum, quo in per-
 sona Philippi regna ipsius & conjugis, alteram, quo in persona
 Mariæ ejus & mariti regna jungerentur. Quin omnia, quæ
 in eo negotio gesta sunt, inania fuisse, probatum dedit Excel-
 lentiss. Dn. Præses in Dissert. de Marit. Regin. §. 12. (2) Quod
 autem sociam duorum Regnorum administrationem cum systema-
 tica eorum conjunctione Puffendorfus confundit, & illam quivi-
 dem qualicumque hæc justî systematis nomine indigitat, ut &

passim unionis conjunctionis atq; Systematis vocabula miscet, in eo utrique parum sibi constat (3) si dicas non pro causa Systematis matrimonium sed pro occasione ab eo accipi; id quod §. 15. verba sequentia testentur: Quodsi unio, quæ ab initio occasione matrimonii contracta est, postea confirmetur & perpetua esse jubeatur &c. nec id tamen rem expedit. si enim vocabulum occasionis aliquid à vera causa diversum denotet, falsum erit, quod asseruerat Pufendorfius, diversas Systematum efficiendorum causas dari, cum hac ratione non nisi unica sit, quæ in jure ponitur hereditario, nec certe observatione illa opus erat quod omne hereditarium jus à parentibus in liberos descendens ex matrimonio eorundem originem ducat, quo nihil indubitatus est. si vero pro causa occasio accipiatur, primo parum accurata illa locutio est, nec tantum à vero aliena, sed & ipsi inuisa Pufendorfio, magnam semper inter rei alicujus causam atq; occasionem differentiam constituentis, uti ex O. de J. N. & G. L. I. Cap. V. §. 3. & L. III. C. I. §. 4. aliisque locis patet, deinde quoque falsum id esse, quod causa Systematis matrimonium sit, ostendimus. Quocumque ergo nos vertamus, rectius sensisse quam locutum accuratius Pufendorfium deprehendimus. Quare autem ita fuerit vir summus, nulla alia est ratio, quam quod in Dissertatione de Systematibus, cujus deinde summam magno operi de J. N. & G. inseruit, nimis ipsi familiare fuerit exemplum Belgii foederati, cujus statum & præsens viderat, & ex Grotius Apologetico, quem frequentissimo adducit, perdidicerat. ut adeo non ita accurate de natura Systematis universim spectati, aut de primâ Systematum specie, quam de posteriori, quæ scilicet inter Respublicas liberas deprehenditur, præcipiat.

- (b) Exemplum est in Alberto II. quem communem sibi Regem Germaniæ, Poloniæ atq; Hungariæ Regna, mediante electione, constituiebant, quo ipso propterea tamen inter dicta Regna Systema effectum non fuisse, res ipsa loquitur. Adeoque putamus, non satis commodè à Pufendorfio in unius solius Regis persona Systema constitui.

(c) Dicit

- (c) *Dicit quidem l. c. Pufendorfius, posse duo aut plura Regna foedus aliquod inire, ut eundem Regem concordibus suffragiis eligant, ut tamen de cetero singula Regna separata maneant, nec negotia in communi aliquo concilio expediantur; Sed verba haec dubio non vacant. Si enim de sola electione primi Regis, cujus deinde heredes posterique successionis jure imperaturi sint, sermo sit, facile id concedimus, quod verò ad rem praesentem parum facit. Sin constans semperque duratura in pluribus Regnis unius post alterum Regis electio intelligatur, valde quidem dubitamus, utrum exemplum ejus rei ostendi, aut saltem ratio commonstrari possit, quâ fiat, ut, salvâ electionis libertate, quæ à Regnis electiis citra contradictionem separari non potest, in unum idemque subjectum consensus necessarius pacto aut lege sanciat.*
- (d) *Semper ergo systematis & conjunctionis sive unionis vocabula sunt distingvenda, quod tamen nusquam facit Pufendorfius. Omne quidem systema conjunctionem, sed non omnis conjunctio systema denotat.*
- (e) *Agnoscit id Perillustrius Pufendorfius l. c. §. 15. Si contingat, inquit, Regem unum quidem Regnum possidere jure hæreditario, in alterum autem adscisci per liberam electionem, isthoc Rege mortuo, dissoluta quoque erit Regnorum conjunctio, neque necessum erit, ut posterius Regnum Regis defuncti filium sibi imponat.*
- (f) *Exemplo deinde erit Polonia.*

§. XIX.

Quando autem duobus Regnis unus Rex præficitur, (a) quantum in eo omnes utriusque Imperii summi partes illibata concurrant, (b) in exercitio tamen quarundam, sive expressa, (c) sive tacita (d) limitatio intercedit. Ita quidem, ut partes immanentes, (e) pro cujusque Regni peculiari dispositione, separatim, (f) sed transeuntes (g) junctim, communi utriusque nomine, congruâque ratione, administrantur (h); ut adeo libertas singulorum fervetur, & communis omnium utilitas promoveatur.

- (a) Conf. quæ de Communi duplicis Imperii subiecto supra monui. Atque in eo systema Civitatum ab irregulari Republica differt, quod in hac uni imperio duplex, in illò duplici imperio unum subiectum assignetur.
- (b) Id ni fiat, in ipsâ systematis Constitutione alterutrinus Regni status detrimentum patietur, id quod contra hypothesin est.
- (c) Pacto tali expresso ut uterque populus, is præsertim, qui potentiori accedit, diligenter sibi caveat, cumprimis expedit, quòd ipsum & fieri, exemplis probat Puffend. in Dissert. de Systemate Civit. §. 14.
- (d) Qui enim unâ duorum equalium & distinctorum Regnorum negotia curanda suscipit, is tacitè ad eum agendi modum se adstringit, ut, dum uni prodest, alteri non officiat.
- (e) Vocamus illas partes summi Imperii immanentes, quæ circa res intrinsecas occupantur. e. g. potestas ferendarum legum, exercendorum iudiciorum, pœna irroganda &c.
- (f) Hoc dum fit, diversæque in diversis Regnis leges sanciantur, diversa iudicia exercentur, &c. idem, qui ante Systematicam conjunctionem fuit, Regni status, & à socio Regno perpetuum discrimen perstat; id quod in Incorporatione, quam vocant, secus est.
- (g) Vocamus illas Imperii partes transeuntes, quæ circa res versantur externas e. gr. facultas gerendi belli, faciendæ pacis, sancientium fœderum.
- (h) Hoc enim ad formam systematis pertinet, ut cuiusque actionis duplicem finem communis Rex sibi statuat, talemque agendi modum in rebus omnibus observet, quo unius Regni rationibus dextrè alteri attemperatis, communis utilitas obvineatur. Respectu ergo unius Regni alterius administrandi ratio afficitur, & potestas, quæ hic libere exerceri poterat, obstaculo illis apparente circumscribitur.

§. XX.

Alia autem ratio est Civitatum Aristocraticarum sive Democraticarum, systematicè jungendarum: (a) Primo enim fieri non potest, ut, quèmadmodum ab uno Rege duo Regnà gubernantur, ita,

ita aut duæ Aristocratia in unum Senatum, altero abo-
 lito, (b) aut Democratia duæ in unum civium congressum, cessante altero,
 (c) imperium conferant; multoqve adhuc minus in Reipublicæ
 Aristocraticæ cum Democratia conjunctione idem procedet. Unde
 necesse est, salvo cuiusqve Reipublicæ statu, qvælis ante con-
 junctionem fuit, ab iis, qui ubiqve summo imperio pollent, Colle-
 gium aliquod Legatorum atqve Ministrorum constitui (d) qui
 certo loco atqve tempore congregiantur; & mandatis idoneis in-
 structi, ex formula eorum agant, consilia suffragiaqve conferant,
 de rebus popositis modo convento statuunt, & quod omnibus
 placuerit, aut pro sententia omnium valuerit, (e) executioni man-
 dent. Utrum ex intervallo hi congregiantur, (f) an perpetuò
 alicubi morentur, (g) ad rem nihil facit: Modo caveatur, neqvis
 in Collegio summum Imperium residere, & novum qvæsi illius
 subiectum constitui, opinetur.

(a) *Conjungimus hic vocabula Aristocratiarum & Democratiarum, quoniam & duæ Aristocratia, & Democratia duæ, & una Aristocratia atq; Democratia systema constituere possunt. Cum quibus si, quæ de conjunctione Regnorum supra diximus, conferantur, patebit inde, quatuor à nobis, nec plura systematum genera constitui. Ut enim Regnum cum Aristocratia, vel Democratia jungatur, fieri non posse opinamur, rationes secuti Puffendorffii, quas Vid. l. c. §. 19. scilicet, inquit, fundamenti loco in systematibus est habendum, ne quis præ altero sese studeat efferre, & ut dispares licet inter opes, par sit omnium libertas. Maximè itaqve ineptum ad diuturnitatem videtur, immixtas liberis Civitatibus Monarchias velle combinare, quas nunquam bona fide inter se coalescere tralatitium est. vid. Polyb. excerp. legat. 41. cap. 2. Et potentissimas licet Democratias, tanquam plebejæ quid olentes, Monarchæ fastidiunt: istis contra tristem gravitatem fastui propiorem averfantibus. &c. Exemplo certe res illa caret: Quod enim de Angliæ Regno cui quam foris in mentem veniat, cujus cum fœderato Belgio copulandi consilia quondam inita fuisse videamur, id planè huc non*

facit. Quid si enim id tentatum fuisse concedam, rem tamen successum non habuisse patet, id quod pro nostrâ sententia sufficit. Sed longè aliter res habet: Non enim systematicum Belgæ sed Clientelare fœdus, quin ipsum illud, quod Hispani amiserant, quodque Wilhelmo Arausionensi destinatum, deinde Alenconio, ipsique Gallie Regi delatum erat, imperium Elisabethe offerebant. Quod cum illa inutile sibi arbitraretur, noluit, nisi simplici vulgarique fœdere, Belgio Angliam adstringi. Id quod nervose Puffendorfius exprimit, in der Entleitung zur Historie. Cap. VI. S. 9. Nach Verlust von Antwerpen trugen die Stände / als die sieber einen jeden / als den Spanier / zum Herrn haben wolten / die Souverainitet über sich der Königin Elisabeth auff / die aber selbstige nicht annehmen wolte; jedoch schloß sie ein ge- naues Bündniß mit ihnen etc. Vid. omnino Grot. in Annal. L. IV. Edit. quæ Anno 1657. Amstelod. prod. pag. 89. 91. 93. 94. Cujus verba notata præ ceteris digna sequentia sunt: Initio dubitatum fuit, utrius (de Gallia atq; Anglia sermo est) regimen præoptaretur. Certabant res præsentis & ratio venturi. Ingens Gallis & propemodum par hostili potentia, minores Britanniæ, sed maritimæ vires. Prælata est Gallia, Anglis ultrò svadentibus, qui se facti infirmiores, subsidia duntaxat, & acceptis pignoribus, offerebant. Ita veteres & renovatas Francisci facti inimicitias temporum necessitudo evicit: arcanumque ingens patefactum est, posse Belgas sub Domino esse, non posse sub Hispano. Rebus diu agitatis, lentiore colloquio, quàm præsentis necessitates ferebant, invito non minus Rege quam Belga, accidit, ne juncti adversus Hispanum imminentem alter alterius ope rem statumque firmarent. Post longi igitur temporis factam in Gallia jacturam ad Elisabetham recursus est, asperiores hoc ipso, quod secunda rogabatur: tractæque & illic fœderis pactiones, donec validæ civitates, auxiliis destitutæ, à Republica desciverunt. Vix interim Anglicani fœderis expectatio animos sustinebat. Delatum Elisabethæ Imperium diximus. Sed prudens scemina detre-

detrectavit invidiam interversæ dominationis: neq̃ tam arcta societate, rebus ambiguis famam fortunasq̃ve suas implicuit. Consultius visum, secreta habere per Belgicam potentia munimenta: & modicis ibi viribus, & missis iterum, q̃vi America oras popularentur, Hispanum fatigare, donec flexis in pacem animis amoliretur suspectos exercitus. Auxilia autem promisit, id se jure facere, scripto testata, q̃vo morem Principum oppressos sublevandi, pactas olim Britannia & Belgarum amicitias, cum Hispanicorum scelerum insectatione, memorabat; simul Religio prætendebatur, cujus securitatem, sibi nullâ alieni cupiditate commendatam, Gallia & Scotia rebus probabat. Per scripta fœderis leges, pleræq̃ve in eandem formam, quâ prima societas convenerat, & ut quinque millia peditum, equites mille in Belgis Regina stipendiis militarent: Legatus, qui ejus copiis præficeretur, cum Anglis præterea duobus, receptus in Senatum publicis bellique Consiliis interesset: Classem struenti Reginae parem navium numerum adjicerent. Pro restituendis impensis, ubi bellum desisset, obligata pignori maritimæ urbes Brila & Flissinga, nihil immutato illarum regimine, cum Zeburgo, Walachria castello, Anglorum præfidiis traduntur, non sine metu in posterum, quem tunc præfens necessitas averterat. Auxilii Anglicani imperium Robertus, Comes Leicestrius, accepit, egregius virtutum simulator, & qui invisos atq̃ve infelices Dudlejae gentis spiritus haud ingrata comitate velaret &c.

- (b) *Sic enim illius Reipublicæ statum mutaretur, quod in systemate non fit.*
- (c) *Hoc quàm planè fieri non possit, evidentius adhuc, quàm in statu Aristocratico, apparet. Si enim dicas, aliquâ ibi ratione fieri posse, ut Collegium Aristocraticum à certo Ministrorum numero representetur, hic certè cogitari nequit, quomodo universorum Civium congressus à ministerio quòdam simulari, aut ab uno paucisque obiri vices universorum possint.*
- (d) *Exemplum hic Belgæ fœderati præbent, quorum nomine, per Collegium*

Collegium Deputatorum, Hage residens, quod Statuum Generalium vocabulo insignitur, negotia omnia peraguntur, de quo solidè præcipit Puffendorf. cit. Dissert. §. 17. auctoritate Groti, quæ merito hac in re summa est, nixus. Confer quoque libellum Elegantiss. Gvilielmi Templei de statu fœderatarum Belgii provinciarum, qui suas hac de re Observationes hoc epiphonemate claudit: Hoc Collegium (Statuum Generalium) summum imperium non habet, sed repræsentat, quanquam Legati ab eo audiuntur & mittantur, non ipsi tamen, quos mittunt, eligunt, aut exterorum Principum Legatis responsa dant, aut quidquam de rebus, ad pacem bellumque, ad fœdera tributaque pertinentibus, nisi prius exquisitâ singularum provinciarum per cujusque Deputatos sententiâ, mandatisque inde acceptis, statuunt.

(e) *In eodem Belgarum Concilio, de quo diximus, pro diversitate rerum, quæ tractantur, pluralitas suffragiorum valet, aut consensus omnium æque singularum Provinciarum requiritur, Teste eodem illustri Templeo l. c.*

(f) *Faciunt id Helvetiorum Legati, ipsi Ehren. Gesanten vocant, quorum congressus, quos illi Tag. Sazungen dicunt, Arovi aut Bade, ubi occasio tulerit, celebrantur.*

(g) *Id, uti dictum est, apud Belgas obtinet.*

§. XXI.

Nec verò ad id Collegium Legatorum res in universum omnes, quæ ad Rempublicam spectant, referuntur, sed singuli sociorum illas summi imperii partes, quas immanentes vocavimus, suo jure atque lubitu domi exercent; ast partium Imperii transeuntium usus eatenus fœdere systematico est circumscriptus, ut non nisi communi consilio, in loco congressus, & mediante isto Legatorum Collegio exerceri possint (a). Hi itaque Ministri dum bellum decernunt, pacem constituunt, fœdera feriunt, res monetarias curant, reliquaque agunt, nil nisi mittentium atque mandantium jussa exponunt atque exequuntur. Socii autem ipsi id cuncti agunt, quod per partes Summi Imperii seorsim singulis competentes agere licebat.

(a) *Con-*

(a) Confer huc ea, quæ de limitatione potestatis Regiæ in Systemate Regnorum supra monui; quæ & ex hoc loco lucem novam accipiunt, cum accuratius suffragia delegatorum, quàm cogitata Regum distingui possint. Naturaliter vero quemadmodum singulis hominibus voluntas sua sufficit ad usum juris sui quovis loco & tempore exercendum; ita etiam in facultate Civitatis sibi relicta est, ut summi imperii juribus, pro eo ac visum fuerit, utatur. Sed uti singuli pacto libertatem suam circumscribere, & ad certum agendi modum adstringere se possunt, ita etiam civitas, perpetuo cum aliâ civitate fœdere inito, communiter cum ea imperium, aut dictas imperii partes, ad scopum systematis pertinentes, exercere tenetur. Quod si autem quisq; aut quisquam sociandorum in iis suo peculiari jure uti velit, usus systematis est planè nullus.

§. XXII.

Præter hætenus expositas, sive simplices, sive compositas, Rerumpublicarum formas, quas certis regulis Politicæ artis gnari includunt, dantur etiam aliæ, quæ ad regulam non quadrant, quas ideò non incongruè *irregularium* vocabulo primus salutare ausus est Severinus à Monzambano, & nihil ab eo, aut parum certe, diversus Samuel Puffendorffius (a), refragantibus initio multis, & nescio quid inde periculi, quod nusquam apparuit, metuentibus, quorum nunc plerique mitius eidem irascuntur. *Irregularium* (b) *Rerumpublicarum* duas adhuc anonymas species Puffendorffius nobis exhibuit: Prima est, quando summum unius Civitatis Imperium duplici subjecto, quorum neutrum ab altero dependeat, inest; quale quid Romæ, post exortam Tribunitiam potestatem in Collegio Senatus, Concilioque plebis fuisse ostendit (c), inter Aristocratiam acq; Democratiam Republicâ, donec in Monarchiam defineret, fluctuante. Altera est, quando Status alicujus Regni inter Monarchiam limitatam & inter Systema Civitatum medius est, id quod in Germania nunc fieri, idem Auctor putat (d), nec multi amplius dubitant. Ubi tamen putandum non est, duobus hæc spectatis, irregularitatem omnem, quæ in Statu Rerumpublicarum est, absolvi; sed speciminis loco illæ sunt, quibus addendum est

porro, quicquid in aliis quoque Rebuspublicis à regula alienum deprehenditur.

- (a) Non opus itaque est, cum dicendi genus Puffendorfsianum cognitum habeamus, ut ea de re porro dubitemus. Quamquam de eo forte ambigi hodiernum possit, utrumne aliqua Esais fratris in eo argumento partes fuerint.
- (b) Notandus hic est duplex sensus, quem irregularitatis vocabulum admittit, naturalis nimirum atq; technicus. Priori sensu irregularis omnis Resp. est, Monarchica, Aristocratica, Democratica, & Systematica, quæ qualicumque ratione à Politicorum regulis declinat, quemadmodum irregularem munitionem Mathematici eam vocant, quæ ad Architectonicæ militaris regulas quacumque de causa minus quadrat. Posteriori sensu dictis duabus Civitatum speciebus, à Puffendorfsio propositis, interq; eas præcipuè Reipublicæ Germanicæ competit, quæ ex Statu Monarchico ita degeneravit, ut in locum unius Civitatis plures successerint, quæ quodam fœdere systematico continentur, sed inæqualitatem dignitatis & potestatis in eo, qui caput systematis est, agnoscunt, adeoq; partim imperio, partim pacto iunguntur, dubio ferè inter subditorum atque fœderatorum conditionem statu: Ipso eo, quod Monarchiæ limitatissimæ adjungitur, systemate nec ad primam, nec ad secundam, quam diximus, classem, uti conferentibus patebit, pertinente. Quo ipso quod à Republica, quam vulgo mixtam vocant, irregularis becce differat, satis, ut opinor, perspicuum evadit.

(c) Vid. dissertat. ejus de forma Reipubl. Rom.

(d) Vid. Monzamban. nemque dissert. de Republ. irregulari.

§. XXIII.

Atque iis, quæ ad justam cujuslibet Status Constitutionem faciunt, prænotatis, quænam cujusque status præcipua vitia sint, de quibus dicere cœperam, haud difficulter ostenditur. Primum est discordia Civium atque animorum distractio (a), unionem illam voluntatum atque virium, quæ Civitatem constituit, planè tollens (b).

(a) Non

(a) *Non intelligo discordiam, ex peculiari causâ inter paucos cives enatam, & ad tempus duraturam, quæ inter vicia hominum locum habet, sed habitualement illam, hæreduariam atque æternam, quæ in constantia partium studia, asperitas factiones, turbasque internas Reipublicæ corpus dividit.*

(b) *Conf. dicta §. III.*

§. XXIV.

Alterum est perversitas Imperii, quo Civitas regenda continendaque erat. Malè autem Imperium generatim habet, ubi decreta ejus, quæ leges vocantur, aliundè forsan acceptæ, aut temerè latæ, ad populi genium præsentemque illius conditionem non quadrant, nec adeò ad finem obtinendæ publicæ utilitatis conducunt, aut ubi ad segnitiam justaque vicinorum odia incurrenda Cives disponunt, eosdemque ad obeundas Reipublicæ functiones ineptos reddunt (a).

(a) *Vid. Puffendorf. de J. N. & G. L. VII. cap. 5. §. 10. Conf. dicta ad §. IV.*

§. XXV.

Tertium quartumq̄, quod in Statu Monarchiæ præsertim limitatæ locum habet, est, si imperium justo arctioribus limitibus (a) sit circumscriptum, ut ad cives in officio continendos, finemque Reip. ex tempore procurandum non sufficiat: aut si Collegium aliquod Procerum, aut Concilium populi, in partem Reipublicæ gubernandæ vocatum, suffragia eo modo conferat, quo vel tarde atque difficulter negotia expediantur, vel, ut planè exitum res non inveniat (b), ubi ad naturalem judiciorum discrepantiam singularis obstinatio atque perversitas accesserit, efficiatur. Quæ omnia suo modo in Republica quoque Aristocratica sive Democratica locum habere possunt.

(a) *Pacta illa adjecta delationi summi Imperii ulterius porrigi non debebant, quàm ne datâ sibi facultate Imperans ad interitum aut mutationem Reipublicæ abuti posset, dissimulatis levioribus incommodis, quæ ad paucos pertinent, nec evitari in rebus humanis ullâ ratione possunt. Quodsi verò per eadem pacta id agatur, ut*

magis magisque in partem emolumentorum Regni pars certa subduorum veniat, aut oneribus necessariis levetur, aut denique sua quisque libertate in rebus agendis utatur, ab indole Constitutæ Civitatis paulatim disceditur, continuaque illa detractione, cuius faciende opportunitatem interregnum præbet, totius tandem Imperii vis expirat.

(b) Vehementer errant, qui pro medio retinende libertatis universim id venditant, ut v. g. non major suffragantium pars concludat, sed omnes atque singuli consentire teneantur. Obinet hoc tantum in rebus, quæ mutationem status presentis satis commodi concernunt, in quam moraliter impossibile est ut omnes consentiant; & ubi exiguus sociorum numerus est, qui adeò in eandem sententiam, si idoneæ id rationes præserint, haud difficiliter cuncti, quam in majori numero plerique concedent; cum contra si inter paucos suffragia numeranda sine, unius sæpè hominis impotentia ad summam rei evertendam valere posset. Ut autem in omnibus promiscuè rebus, & in magno suffragantium cœtu hoc modo concludatur, ineptissimum est. Pone enim Regem, aut viciniam Principem, libertati Reipublicæ insidiantem, nonne in proclivi utriusque erit, in jura ejusdem per partes involare, & congressu Civium factò, per unum aut alterum obnoxium hominem importunè dissentientem, ne de remedio mali cum effectu statui possit, impedire. Conf. Puffend. de J. N. & G. L. VII. Cap. 2. §. 15.

§. XXVI.

Quintum, quod in Systemate Regnorum atque Principatum occurrit, vitium est, si hæreditaria atque electicia Regna copulentur, quod quàm ineptè fiat, rationem reddidimus in superioribus. (a)

(a) Vid. Diß. ad §. 18.

§. XXVII.

Sextum, quod in eadem Reipublicæ formâ locum inveniet, est, ubi diversa plurium Regnorum atque Principatum instituta atque jura miscentur, nullo, quò minus id fiat, obstantè pacto, aut saltem non satis valido & ad reprimendam usurpandi licentiam efficacis

efficaci. (a) Id quod præcipuè fit in Conjunctione Regnorum, quorum unum majorem atque liberiores Regi potestatem per Leges fundamentales concedit, quàm quæ per alterius Regni leges eidem indulgetur. (b) Quoniam enim ex ipsâ systematis constitutione, uti demonstravimus, limitatio quædam amplioris, quæ ante Conjunctionem fuit, potestatis oriatur, & accurate satis animoque diversa diversorum Regnorum jura distingvi possint; Rarò tamen eo ingenio Principes sunt, ut ita distinctè agant, qui id potius agunt, ut jura ipsis grata ubique vigeant, termini verò hic illic molestè positi moveantur. Quid enim plerisque pulchrius videtur potestate infinita? Quid crimine magis vacare creditur, quàm scitè labefactatâ legum fundamentalium auctoritate efficere tandem, ut liceat, quidquid libet? (c)

(a) *vid. dicta ad §. 19.*

(b) *E g. si in uno Regno facultas gerendi belli & ferendorum foederum Regi competat, in altero non competat, ubi systematica eorum Regnorum conjunctio faciendâ fuerit, efficaciter cavendum est, ne prioris Regni jure in posteriori, quocumque obtentu, communis Rex gaudeat. Quod ni fiat, certum est, fore, ut, dum idem jure suo utitur, injuriæ inferendæ occasionem habeat, quæ ad subjugationem Regni restrictioris valere potest. Si quis autem de auctori Regni potestate quidquam detrabi ob accessionem alterius fortè noit, is suo loco relinquendus, & præficiendus restrictiori Regno est, qui qualicumque potestate contentus vivat.*

(c) *Quin illo souverainitatis, quàm vocant, adipiscendæ studio adversus præscriptum juris naturalis gravissimè peccetur, inter cordatos dubium non est. Quo magis detestanda eorum aut improbitas aut imperitia est, qui immediatè à DEO in Principes potestatem, sua infinitæ Majestatis æmulam atque vicariam, collatam didicant, cui per meram subditorum injuriam, positis illis limitibus, detrabatur, unde in id Principi emendandum clamant; ut, illis amotis, plenâ, quàm à DEO accepit, potestate utatur. Cujus sententiæ Patronos magno numero Anglia commonstrat.*

§. XXVIII.

Septimum; quod in irregulari Republica cernitur, status vitium est, quod, Regno in partes diviso & inter imperii pacisqve nudi obligationem vacillante, nec concordia ibi locus sit, nec viribus naturalibus bona fide junctis publica salus promoveatur.

§. XXIX.

Atq; illa potissima status vitia sunt, quæ quæquam Rectorum prudentiâ dissimulari ad tempus, & ne in nervum erumpant cohiberi, itemqve plane tolli possint, si omnium, quorum interest, junctâ fideliter opera res agatur; ni tamen mature dextreq; idem fiat, in pejus quotidiè eunt, & si cum hominum forte vitiis concurrant, in dissolutionem Reipublicæ evalescunt. Ad hominum autem *Vitia* id pertinet, quicquid in bene etiam ac prudenter constituta Republica aut Reges (a) Rectoresq; alii (b) delirant, aut subditi sive universi sive in partes scissi delinqvunt, quorum utrumq; & damno Rempublicam involvit, & salutem singulorum in lubrico ponit.

(a) *Regum nomine ita latè utimur, ut non solum omne in statu Monarchico Imperantium genus, sed & Ministros eorum complectatur. Non enim iniquum est, ut, qui ineptorum atqve improborum hominum Ministerio utantur, eorumq; flagitia suo nomine regi atqve exornari patiuntur, in se quoqve culpam rei malè ab eis gestæ conferri videant. Quemadmodum soleunt est, ut eorum, qui Rempublicam administrant, virtutes atqve bene merita constituentibus nomenqve commodantibus tribuantur.*

(b) *Intelligimus hic capita status Aristocratici quælibetqve, aut in statu Democratico præcipuam populi ipsius, qui summo Imperio gaudet, partem. Quorum ut & Regum vitia eleganter signat perillustis Puffendorsius de J. N. & G. L. VII. Cap. 5. §. 10.*

§. XXX.

Hæc fuere, quæ de Civitatum Constitutione, variis constitutarum formis atqve etiam vitiis in genere præmitti, institui mei ratio

ratio postulabat, anteqvam ad explicandum Poloniae statum & causas malorum, quibuscum impraesens conficiatur, expendendas accederem: eo quod pleraque dictorum huc applicata, omisâ illâ tractatione, obscuriora plerisque futura fuissent.

§. XXXI.

Non autem existimandum est, Rempublicam Polonicam inde à primâ sui constitutione tot vitiis mersam infectamque semper extitisse. Tantum enim abest, ut affirmare hoc quisquam commode possit, ut potius fatendum omninò sit, illam, corruptâ paulatim prioris status integritate, vitium fecisse & lethales ex variis mutationibus morbos contraxisse.

§. XXXII.

Primo enim in cœtu illo hominum, qui Regni atque Reipublicae Poloniae, ut & Lithuaniae nomine continetur, primæva illa voluntatum atque virium unio, quam justæ Civitatis status requirit, sensim defecit, inque ejus locum nullum non discordiæ atque dissensionis genus successit, sive causam religionis intricatissimam (a) respicias, sive perpetuas Senatorii ordinis cum Equestri controversias (b) sive hæreditarias illustrium familiarum cum tenuioribus æmulationes (c) sive utrobique vigentia externarum partium studia apertasque factiones, peregrino auro comparatas sustentatasque (d), spectes, quibus sane à benè multo tempore effectum fuit, ut, dum spe, odio, lucri vindictæque cupidine plures quàm egregii publici studio ducuntur, magis quid cum libidine extraneorum Principum conveniat, quàm quid ex usu Poloniae sit, curaretur, aut certè nunquam in solam Poloniae procurandam utilitatem consentiretur.

(a) Si unam fortè Angliam excipias vix alia est regio Religionum feracior Polonia. Primo enim Græcorum ritus, Latina Ecclesie scitis oppositi, hic tolerantur: Deinde præter Romano-Catholicos, Lutheranos atque Reformatos socinianorum aliorumque seclaviorum magnus ibi numerus est, qui communi & satis quidem apto dissidentium nomine comprehenduntur. vid. Hartkn. de Rep. Polon. Lib. II. C. 2. §. 4. & Neugebaur. histor. Polon. L. VIII.

L. VIII. Et quæquam recentioribus Constitutionibus ab illo dissidentium nomine atq; jure exclusi sunt Arriani, Mennonistæ, Anabaptistæ, Quakeri aliq; non ea tamen Legum Polonicarum autoritas est, ut propterea Mennonistæ, Quakeros reliquosq; ibidem non amplius dari existimemus. Quod autem tale tantumq; circa res sacras dissidium & generatim inter status vitia pertineat, in Epistola ad Rechenbergium p.m. 16. Pufendorfius demonstrat; & quod peculiariter idem turbis Poloniæ Republicam involvat, vel inde patet, quod inter Pacta Regum Conventa id quoq; referatur, ut Rex pacem inter dissidentes tueatur. Vid. Pact. Convent. Uladislai IV. & Johannis Casimiri num. 2. Michaëlis num. 4. Joannis III. num. 3. Augusti II. num. 4. Quæ cautela quid opus esset, ni sæpe ad civile bellum res spectaret?

(b) Hæ quales sint, ex effectu tutissime judicari potest. Quamprimum enim in eas cogitationes Equæstris ordo adducitur, paucos illos, qui senatoria dignitate fulgent, magis ut Regi placeant, aut sui peculiaris commodi rationes sequantur, quam ut publicæ i. e. Nobilium utilitati consulant, hoc vel illud agere, coitio horum fit, quam mutato ab Hungaris vocabulo Rokosz vocant cujus indolem explicat Hartknoch. L. II. c. 9. §. 7. & Beckm. Histor. Orb. Terrar. Geogr. & Civil. p. 700 seq. Vid. passim Historiam Poloniæ ab A. 1537 quo illa secedendi licentia vigere cepit. Præcipue autem in electionibus Regum dissidium illud senatus atq; Nobilitatis cernitur, dum hac discessum è campo Electorali properans & tricarum pertesa diu agitata Procerum consilia, dissensu interposito, evertere amat, cujus rei memorabile exemplum est in electione Michaëlis Wisnovieci ap. Pufendorf. Histor. Brandenb. L. X. §. 88.

(c) Fundamentum æterna hujus contentions, quæ nobilitatem Poloniæ exercet, studium est aut retinenda, aut recuperanda æqualitatis, quæ quidem ex præscripto publicarum Legum omnibus numeris debebat esse absolutissima, hoc nimirum modo, ut mera hæc sit Respublica nobilium, nec diversi Nobilitatis gradus,

du, nec aded diversa nobilium jura s*unt*. sed ab illa sanctione
 discessum fuit, ex quo una vel altera nobilis familia, unde-
 cunque comparatis divitiis, latifundiis atque clientelis, pra-
 ceteris nimium eminere, deinde Principum atque Comitum digna-
 tionem Caesaris atque exterorum Regum beneficio adepta, superbe
 atque factiosè agere & pervincere cupita diverso, ut fieri solet,
 successu coepit. Hinc amulatio accensa; hinc inferiorum in supe-
 riores odia enata, omniaque aded insidiis atque suspicionibus
 infesta reddita. Vid. Hartkn. L. II. C. V. Itemque Auctorem
 sagacissimum Libelli A. 1698. scripti, qui titulum habet L'etat
 actuel de Pologne, ubi non prius hanc mentem Polonos, quam
 Ethiopes cutem mutaturos putat: Les Polonois, dit il, vivent
 les uns avec les autres dans des cruelles defiances, sans que
 rien au monde paroisse capable de remedier à un inconveni-
 ent, qui est plus inevitable en Pologne, que la noirceur en
 Afrique, pag. 23. Eodem modo in Lithuania res habet, uti
 apertum, quod in ea ab aliquot jam annis fuit, bellum testa-
 tur, cui pregravis quarundam familiarum potentia, & fla-
 grans adversus eas minorum gentium invidia causam dedit.
 Id quod idem Auctor Gallicè hunc in modum expresit: Les
 Lithuaniens (soumis aujourd'huy à la Couronne de Pologne)
 ont entre eux-mêmes leurs divisions intestines, causées par la
 jalousie & pousées jusques à la fureur, pag. 34.

(d) *vid. Pufendorf. Res Gestas CAROLI GUSTAVI, ut & res
 Brandeburgenses passim.* Hoc ipsum indicat etiam Auctor
 de l'etat actuel de Pologne p. 10. 11. verbis sequentibus:
 Comme il y a en Pologne, aussi bien qu' ailleurs, des familles
 nobles disgraciées, soit de la fortune, soit de l' Etat, soit des
 talens de distinction, soit de forces publiques à les soutenir;
 qu' avec cela il y a force Cadets éloignez, qui sont devenus à force
 de temps les chefs des plus anciennes familles: qu' outre tout
 cela il y a encore de nouveaux & de pauvres Nobles, qui com-
 mencent à s' avancer dans les dignitez & dans la fortune, en
 commençant de se distinguer, soit par leurs actions, soit par leurs
 conseils,

conseils, soit par leur valeur. De tous ces Nobles il se forme ce qu'on appelle à Rome un escadron volant, c'est à dire, une espèce de masse d'autorité, de Noblesse, de Votans, & de faction, qui devient la seule ressource des Couronnes étrangères, qui veulent ou qui ont intérêt de Cabaler en Pologne. De ceux-ci les uns s'attachent aux pensions seerettes de Rome, de Vienne, de Constantinople, de Paris, même des Princes d'Allemagne, & des Roys du Nord &c.

§. XXXIII.

Notandum est porro Regnum (a) Poloniz ex absoluta (b) atqve hæreditariâ (c) qvalis olim fuit, in electitiâ & valde limitatâ demum Monarchiam transiisse. Quæ quidem restrictio per nova subinde, & variis conditionibus existente interregno adjectis, aucta, ut vocant, pacta cõventa (d) ita in majus successu temporis ultra prudentiæ Politicæ regulas excrevit, ut nulla ferè potestas proprio ex judicio in actum deducenda Regi amplius non sine malo Reipublicæ permessa sit (e).

(a) Id profecto ex monumentis Historicis satis superq; constat, Monarchico semper Imperio Rempublicam Polonicam fuisse gubernatam; si duas temporum vicissitudines excipias, quibus ea statim mutatio accidit, ut semel, sublato è vivis Lecho, qui primus Poloniam imperio rexisse fertur, Principis unius imperium pertesa Gens Polonica, duodecim ex numero Procerum Ducibus seu Palatinis summam rerum demandaverit, atq; sic Aristocratico regimini subesse aliquanisper coeperit. Vid. Descript. Polon. apud Thuan. Histor. Libr. 56. sub init. Eadem hujus Reipublicæ forma secundâ vice fuit post mortem Wende, Principis fæmine, quæ, ut vulgò traditur, vana virginitatis in perpetuum servanda cupiditate ducta, in Vistulam se precipitans regnare desit.

(b) De absoluta illa Regum Poloniæ, quæ olim gavisæ sunt, potestate ejusdemque factâ imminutione Cromerus in Descript. Polon. L. II. sub init: sequentem in modum disserit: Fuit initio uberior liberiorq; dominatus Principum, & nullis propemodum legibus adstrictus, infinitam non modo omnium rerum, sed etiam

etiam vitæ necisque omnium potestatem habens. Post susceptam verò publicè religionem Christianam temperari ea cœpit, primum piis monitis atq; doctrina Episcoporum & sacerdotum, (quorum permagna erat dignatio & auctoritas in rudi etiam tum & literarum experti populo) ac ceterorum Christianorum populorum imitatione & moribus. Deinde vero bellatricis nobilitatis meritis & obsequiis, fortassis autem & contentionibus; multa de suo jure remittentibus & indigentibus equestri ordini Regibus & Principibus.

- (c) *Id quod Zalasowskius de Jur. Regn. Polon. Tom. I. Tit. IX. sub init. his verbis affirmat: Reges Poloniae olim non eligebantur, sed per successionem hæreditariam sceptrum obtinebatur: atque non solum filii more Gallorum, sed & filia, more Hispanorum succedebant.*
- (d) *Quæquam, uti supra dictum fuit, introducta in Poloniam religione Christiana, Regum absoluta potestas magis magisque indies temperari cœperit, atque ingentia subditis privilegia concessa fuerint, jurata à Regibus sequenti confirmata; Solennia tamen pacta Conventa in usu non fuerunt, nisi postquam ad eligendum Stephanum Bathorem Ordines processerunt. Cujus pariter ac sequentium, quin & Augusti II, pacta Conventa recenset Zalasowskius de J. R. P. Tom. I. Tit. IX, p. 265. seqq.*
- (e) *Quàm exigua sit Regis Polonici circa partes summi Imperii potestas ex sequentibus patebit. Quantum itaque primo transeuntes attingit, ita eadem limitate sunt, ut neq; pacta & fœdera cum externis Principibus, maximè vicinioribus, absque scitu senatorum, & præcipuè ad latus ejus residendum, possit inire: Neq; etiam integrum ipsi sit, Legatos mittere, audire aut expedire in negotiis fœderum belli & pacis, atque aliis totam Rempublicam concernentibus. Non potest militem adversus hostes Regni conscribere, neque illis bella inferre, nisi adhibito Rempublicæ tonus consensu. per Constit. A. 1576. fol. 275. Neque fas ipsi est, expeditionem generalem Nobilitatis indicere, nisi utidem Omnes in id Ordines consentiant. C. A. fol. 257. D woyntæ ábo Russe*

niti -- *Pospolitum*. vid. *Zalaszowsk. Tit. XI. Partium verò Imperii immanentium ita permissum Regi exercitum est, ut circa nullam certè pro sui animi Judicio disponere valeat. Quod enim jus circa sacra attinet, cum Rex Poloniæ Catholica Religionis addictus esse debeat, perexiguum nulliusq; momenti id esse, per se manifestum est, atque ex iis præterea constat, quæ Cromerus in Descript. Polon. sub init. Lib. II. tradit: In sacerdotes, in-
quiens, jam inde ab initio susceptæ religionis Christianæ Rex nihil profus juris habet.*

Leges autem atque Constitutiones, quibus universis subditis ad officium faciendum adstringuntur, non nisi in Comitibus sanciri posse docet Zalaszowsk. Tit. Lib. I. Tit. IV. de Jure scripto Polonorum pag. 26.

Judicia quoque pro lubitu à Rege neque constitui neque exerceri, ex iis patet, quæ Chwalkowsk. in Jure Publ. Polon. Lib. III. Cap. 2. seqq. prolixius exponit. Ita enim ex sententia senatus secundum præscripta legum decernere ac pronuncipare tenetur, ut vel omnium consensus sequatur, vel, ad eorum suffragia sententiam ferat, qui nihil iuribus ac consuetudinibus contrarium statuerunt. Vid. Zalasz. Tit. XI.

Circa facultatem puniendam notandum est, Regem de Equitis capite ac famâ statuere, exceptis quibusdam causis, regulariter non posse nisi in comitiis. Vid. Crom. in deser. Pol. L. II. Nobilium quoque bona, jure caducitatis ad Regem devoluta Rex ipse sibi non retinet, neque plebejis confert, sed lege lata promissit, se ea Nobilibus benè meritis intra certum tempus collaturum: Per Constit. A. 1576. quam allegat. M. G. Hartknoch. L. II. Cap. V. p. m. 593. Porro etiam Nobilibus in subditos glebæ suæ adscriptos jus vite & necis, quemadmodum olim apud Romanos, Dominis quibuscunque, concessum est. Nobilis quoque Nobilem parem sibi genere occidens non capitis pœna afficitur, sed aut carceris, aut pecuniariae. Vid. Zalasz. Tit. 39.

*Jus cadende moneta licet antea penes Regem fuerit, qui & privilegio personis privatis eam facultatem concedere potuit; tamen tem-
pore*

pore *Uladislai Jagellonis* A. D. 1422. ac postea in Comitibus *Fed-*
linensibus A. D. 1430. ita restrictum est, ut pariter ac reliqua
 citra consilium atque consensum senatus exerceri nequeat. Tan-
 dem etiam, regnante *Sigismundo Augusto*, A. D. 1550. consti-
 tutum fuit, ut in comitiis de cudenda moneta deliberatio susci-
 piatur. Id Tit. XI.

De tributis quoque non nisi in Comitibus statuitur. Id. *ibid.* Quan-
 tum vero denique jus constituendi Magistratus atque officia di-
 stribuendi concernit, licet Rex Polonia honorum officiorum ac di-
 gnitatum arbiter sit; caveatur tamen, ne citra expressum Ordini-
 um consensum alius quam nobilibus bene meritis, idoneisque, con-
 ferantur. Et quidem qui bona hereditaria in illis terris, ubi di-
 gnitates atque officia obinentur, possident. Secus si fiat, illi qui
 dignitatibus vel officiis, aliam, quam qua adducta fuit, ratione,
 praeficiuntur, iisdem uti prohibentur, neque a quoquam ipsorum
 jussis obsequium est praestandum: Ipse vero Rex, juramento vio-
 lato, rei et privilegio communi injuriam intulisse censetur. Nu-
 merum quoque dignitatum augere Regi integrum non est; neque
 ad dignitates, tam Ecclesiasticas, quam seculares, expectativas
 concedere literas. Id. *ibid.* Quamvis autem dignitates bene
 meritis conferat; facultate tamen easdem semel collatas male de
 se ac Republica meritis, citra consensum omnium Ordinum, aufe-
 rendi omnino destituitur. Vid. M. C. Hartknoch. de Republ.
 Polon. Lib. II. Ca. II. §. XI.

§. XXXIV.

Quamquam verò tam arctis limitibus Regum Poloniae pote-
 stas inclusa sit, ut de nullo negotiorum genere ad Reip. salutem
 quoquo modo pertinentium disponere pro arbitrio & pro eo ac re-
 rum condicio fert, possit; Maxime tamen cavendum est, ne quis
 extrema administrationis specie seductus, alienum prorsus à Mo-
 narchico statum in hac Republica inesse existimet (a). Quemad-
 modum enim Regi fas non est, citra consensum Ordinum quid-
 quam statuere: Ita quoque tam necessaria vicissim Ordinibus
 ejus auctoritas est, ut eodem excluso partes summi Imperii exer-
 cere

cere nullas possint, nec exemplum Regis, sicubi male imperaverit, in jus à populo vocati multatiquè extat. Quæ omnia satis indicant, ipsum non alieno nomine, primaria saltem dignitate insignem sed suo jure Rempublicam gubernare.

(a) *Maximoperè itaque errat Cromerus, qui, in descript. Polon. sub init. Lib. II. Rempublicam Polonorum à veteri Lacedæmoniorum vel hujus temporis Venetorum Republica non multum differre, asserit. Constat verò, ut alia taceam, Reges Laconicos judicio populi fuisse subiectos, ita ut pœna non tantum pecuniaria affici, verum etiam in exilium mitti, quinimo capite plecti poterint; neque adeo summo imperio præditos jure dici, qui superiorem agnoscere populum cogebantur. Venetorum autem Rempublicam Aristocratico Regimine gubernari, suprâ ostensum fuit, summâ potestate penes Optimates existente, quorum Dux primum saltem Reipublicæ Civem atque Ministrum agat. Quæ quàm incongruè ad statum Polonia applicentur ex dictis manifestum est. Ejusdem quoque momenti sunt, quæ pro mixtura ex Monarchia, Aristocratia & Democratia Starovolscius aut ex Aristocratia ac Monarchia, in quâ tamen Aristocratia prævaleat assert, M. G. Hartknoch. Lib. II. Cap. XI. utriusque quid opponi possit ex his, quæ superius allata sunt, quàm facillime patefecit.*

§. XXXV.

Cum electio hoc Poloniæ Regno (a) Lithuania, quam hæreditario hætenus jure Magni Duces (b) tenuerant, electò à Polonis Rege Jagellone, ita fuit connexa (c). ut perfectum quoddam civitatum systema hæc ipsâ conjunctione & communis Principis constitutione effectum fuisse non pauci hætenus crediderint. Enimverò quàm inconcinna sit Principatus hæreditarii atq; electivi Regni conjunctio systematica non solum ex supra dictis manifestum est, sed & ipsa hæc Lithaniæ cum Polonia connexio illustriori exemplo satis comprobatur. (d). Ostensum quoq; supra fuit, si quæ Regna mediante communi Rege jungenda sint, necesse esse, ut quæcunq; alendis inter populos quondam disjunctos odiis atq; dissidiis quæcunq; ratione apta videantur, sollicitè per ipsam illam conjunctionem

nem è medio tollantur. Tantum verò abest, ut hâc, de quâ sermo est, conjunctione id ipsum fuerit effectum, ut potius eadem novis, quibus se invicem Poloni atque Lithuani prosequuntur, odiis atque diffidiis occasionem præbuerit (e).

(a) *si accuratius omnia inspicerentur nescio quidem utrumne ipsa quoque Polonia pro systemate magis, quam pro regno accipi debeat, cum vulgo ea ex duabus gentibus constet, quibus hand absurdè dici potest tertio loco Borussia adinstar peculiaris Reipubl. accessisse. vid. omnino Hartknoch. L. I. Cap. XI. §. 3. & L. II. Cap. I. §. 10. itemq; L. II. Cap. IX. §. 5. sed nunc quidem ut curatius illa evolvanus temporis ratio non permitit unde vulgarem tantisper de regno Polonia opinionem amplectimur.*

(b) *De titulo hoc, quo Principes Lithuanie usi sunt, sequentem in modum describit Thuan. in citat. descript. Polon. Lithuanie Principes Magni Ducis titulum usurpant, non ab Imperatoribus concessum, sed, ut Moscorum Principes, plurium Ducum ditionibus in unum coalescentibus, hanc prærogativam sibi privatâ auctoritate sumserunt, ita & Lithuanos Duces fecisse verosimile est. ceterum à Regia dignitate Magni Ducatus titulum alienum non esse, ex his patet, quæ ex fragmentis Michalonis Lithuani in Tractat. de Rep. seu Stat. Regni Pol. &c. diversorum Auct. traduntur: Lithuani, amplificata virtute militatione sua, diadema quoque cum nomine Regio obtinuerant Principi suo Mindawgo, sacri baptismatis caractere insignito. Sed, extincto illo Rege, etiam nomen Regum & Christianum interierat.*

(c) *Anno enim post Christum natum 1380. (verba sunt Boteri in descript. Polon.) Jagello, tunc Dux Lithuanie, duxit in uxorem Hedvigim Principem, quæ familia regnatricis in Polonia ultima erat, factusq; fuit Rex tribus conditionibus: una fuit, ut christianus fieret; altera ut suos ad idem faciendam induceret; tertia ut suam ditionem Poloniae unires. Ea conditio nostris temporibus, quum familia Jagellonica defecisset, adimpleta*

pleta fuit. Cum enim Reges se ditione hereditaria, cujus merum habebant Imperium, privare nollent, eamque electione submittere, distulerunt semper ad impletionem conventionis, allegantes, Proceres & populum Lithuaniae id non passuros, ne illa admixtione amitterent gradum & dignitatem.

(d) Patet hinc enim salvo utriusque Principatus statu systematicam hanc conjunctionem fieri non potuisse, sed aut Lithuaniae Principes hereditario juri suo, aut Polonos electio renunciare debuisset. Posterius factum aliquandiu à Polonis fuit, qui liberam electionem suam eò modo circumscribi passi fuerunt, ut, donec superessent Lithuaniae Duces, qui hereditario jure sibi invicem succedebant, eosdem sibi quoque Reges constituerunt. Inania autem verba, quibus Jagello pariter ac ipsius filii & Nepotes, se liberà omnino electione ad Regium evedios fastigium fuisse profitebantur, (vid. Przulufcyum de Leg. & Satut. Polon. L. I. Cap. I. fol. 8. seqq.) rem non conficiant, ut ubi de contrario certius constat, liberam Polonorum electionem fuisse, persuaderi nobis patiamur. Et sane parum aberat quominus electionis Regia faciendae jus plane Poloni amitterent, postquam Uladislauus, Jagello & Casimirus I. successores sibi filios suos statuere ausi sunt, accedente quidem Polonorum consensu, sed quem forte parcius successores, si res eodem loco mansissent, requisivissent, at qui ambitiosum heredum nomen ad Lithuaniam atque Rusiam ambigue restrictam usurpabant. Quare post decessum Jagellorum ne vivo Rege successoris fiat designatio, & ut hereditatis titulo abstineretur, peculiariter Poloni caverunt. Vid. Hartk. L. II. Cap. I. p. 246. sqq. Prius quod attinet, nihil profecto minus intendisse Jagellonem, quam ut hereditario in Lithuaniam jure se pariter ac posteros suos privaret, partim ex jam dictis (vid. lit. (b)) apparet, partim etiam ex eo patet, quod primum fratri Skirgelloni, deinde agnato Vitoldo seu Vitoldo Lithuaniam regendam dedit. De Vitoldo Przulufcyus de Legibus & Statutis Polon. Lib. V. Cap. I. fol. 69 r. his verbis tradit: Uladislauus Rex &c. Dominus noster gratusus ex speci-

speciali confidentia Magnifico & Præclaro Principi, Domino Alexandro, aliàs Vitowdo, Duci Lithuanix, &c. ipsum in partem suæ sollicitudinis assumens, (NB.) *supremum Principatum terrarum earundem Lithuaniae*, ceterorumque Dominiorum suorum, Ducatus dedit & contulit, & ipsum in eis de manu sua statuit, ad vitæ ejusdem Domini Ducis Vitowdi terminum ultimum & extremum. *Qui quidem Vitowdus odra-scenses, smolenscenses, Zitomiriam, Kiowiam, Pleseoviam & Novogardiam Magnam partim tunc primum Lithuaniae adjecit, partim interceptas ab hostibus & à Lithuania avulsas recepit. Podoliam quoque totam Lithuaniae suæ adjunxit, idq; concedente Wladislao Jagellone, inconsulto tamen Senatu, uti ex Cromer. Lib. XVII. pag. 666. probat M. C. Hartknoch. Lib. I. Cap. IX. §. 16. Tantum itaq; abest, ut systematica illa Poloniae cum Lithuania conjunctio in Jagellone facta fuerit, ut de eadem in posteris ejus perficienda desperatum sit à prudentioribus, teste Chwalkovio Lib. IV. Cap. IV. Multi, inquit, Senatores prudentissimi rerumque peritissimi dicitaverunt, cum unio Poloniae Lithuaniae & executio Legum fiet, permissores se, ut sibi laqueus collo injiciatur. Ratio autem ejus rei hæc est, quod nulla sive Polonos consideres, sive respicius Lithuanos, utilitas unionem hanc suasisse videatur. Sufficienter enim Poloniae non inimicam habere Lithuaniam, id quod simplici fœdere effici poterat: ut autem Jagello hereditariae ditionis opes incerti regni commodis impenderet, aut subditorum perpetuorum damno temporarios ditaret, sperari nulla ratione poterat. Tantum vero abest, ut Lithuani peculiaris cujusdam commodi ratione ducti, conjunctionem istam quaesiverint, ut facile viderent, jus illud imperii hereditarium atque absolutum Jagellone cum posteris retinente, nihilo meliorem ipsorum conditionem fore, & extincta ea familia sine Polonis quoque se libertate sua uti posse; quibus de causis factum est, ut invitidemum, frustra hætenus interposito dissensu, in eam conjunctionem utcumque consenserint.*

(e) *Id quod Auctor Anonymus in Libello, quem inscripfit :*
 L' état actuel de Pologne p. 32. seq. ostendit verbis sequen-
 ribus : L' adjonction du Duché de Lithuanie a fait augmenter
 les observations des archives domestiques des Polonnois de trois
 remarques, qui ne s' y trouvoient pas avant le mariage d' un
 Jagellon, Grand Duc de Lithuanie, avec la fille d' un Roy de
 Pologne agreable à la nation. La première observation Polon-
 noise là dessus, c' est de n' avoir jamais d' ouverture de con-
 fiance avec les Lithuaniens, crainte d' en être supplantés, tant
 par les commoditez de leur alliance avec les Moscovites & avec
 la svede, que par l' ambition démesurée qu' ont toujours mar-
 qué ceux de ce Duché de supplanter & de dominer leurs voisins.
 La seconde observation est de ne servir jamais à la guerre
 confusement ou indistinctement avec eux, crainte que les Lithu-
 aniens ne s' attribuent une gloire, qu' ils se croient en posses-
 sion d' avoir pour partage, c' est d' être la plus vaillante & la
 plus guerriere Noblesse de l' Europe. Ce qui confondroit insen-
 siblement les plus grandes familles Polonnoises, si renommées
 dans les histoires de leur nation, avec la sorte vanité d' un peu-
 ple qui n' a cessé d' être barbare que depuis qu' il a pu fre-
 quenter librement les Polonnois, & qui n' a jamais rien eu de
 grand que sa vanité. Voilà le stile des Polonnois quand ils
 parlent des Lithuaniens, & la source, m' at-on dit, de l' anti-
 pathie irreconciliable de ces deux nations. La troisième obser-
 vation est de ne jamais faire d' alliance de sang avec ces fiers
 étrangers, crainte qu' ils ne s' en prevalent pour approfondir
 & pour profiter du secret des familles Polonnoises, dans l' impa-
 tience de primer enfin sur une nation, qui se fait une vaine
 ostentation de ne le ceder à personne en quoi que ce soit ; voilà
 le langage des Lithuaniens quand ils parlent à coeur ouvert
 des Polonois, que mon Lecteur juge lui même ce que cela doit
 produire. Si cette dernière instruction domestique est aujour-
 d' huy moins bien receüe & moins bien gardée que les deux pre-
 mières, c' est la sage Politique des Souverains étrangers, qui

Y a insensiblement donné quelque atteinte : mais les Lithuaniens & les Polonois après quelques alliances de sang assez rares, ne s'en batisent pas moins, jusque là qu' il ne se tient jamais de diètes générales, que, dans les plaines de la Vistule au desous de Warsovie, les valets Lithuaniens n' aient le champ ouvert pour attaquer, même pour assommer, s' ils le peuvent, les valets des Polonois ; soit pour perpetuer, soit qu' on n' ait pas encore pu découvrir jusques - ici comment appaiser autrement les effroyables oppositions, qui se rencontrent entre leurs Maîtres. Ceux-ci se battent de la langue, quelque fois du sabre dans le Kolo, pendant que leurs valets portent leur aversion mutuelle jusques au sang dans les plaines de la Vistule.

§. XXXVI.

Erat ergo Polonia sub Jagellonibus systema Regnorum, sic fatis inconcinnum & malignè coharens, sed quod post excessum eorum multo adhuc inconcinnius laxiusq; factum fuit. Cum enim oblata Lithuanis jurium atque privilegiorum Polonicorum, quibus sub hereditario Jagellonum Imperio caruerant, coarctatione (a) effici non posset, ut in unum cum Regno Poloniae Civitatem Magnus Ducatus Lithuaniae coalesceret (b) nec tamen praesentis temporis rationes id ferrent, ut planè à Polonis sejuncti peculiarem sibi Dominionum Lithuanis statuerent, (c) servandi systematis nulla alia ratio erat, quam ut de communi imperante unà cum Polonis eligendo inter Lithuanos quoque constitueretur. Quo ipso novum hic systematis genus inter duo electitia Regna introductum fuit, quod quam incommodè fiat, supra monuimus.

(a) Conditio isthaec oblata tanti revera non erat, quanti eam Poloni venditabant, cum, extincta familia Regnatrice, liberi jam Lithuani & Polonis jure pares essent, nec adeo horum beneficio, quod fato debebant, in acceptis referre vellent.

(b) Hic quidem commodissimus erat modus mutuae utriusque status militantis procurandae, sed qui retinendae libertatis atque auctoris studiosis Lithuanis non arrisit. Quae verò Polonorum consilia fuerint Prilufus, Chwalecovicus aliique, appropriationis in-

corporationis atque inuiscerationis vocabula subinde usurpantes, satis docent.

- (c) Obstabat præsertim à Russis metus, quibus tunc Czarorum potentissimus Joannes Basilides, Regnorum Casani atque Astracani accessione ut & Livonia oppressione formidabilis, imperabat.

§. XXXVII.

Ne quid autem incommodi deesset, faciendæ electionis modus introductus est planè singularis, ut non separatim sibi Poloni Regem, atque Lithuani Magnum Ducem quamquam concordibus suffragiis crearent, (a) aut pauci, ab utraque parte delecti, Electorum officio fungerentur (b), sed ut promiscua Nobilium Virorum multitudo, utrinque confluens, ipsa sibi prospiceret, (c) unoque & eodem actu, & cum Polonis Lithuani Poloniæ Regem, & cum Lithuanis Poloni Magnum Lithuaniae Ducem, constituerent. (d) Quà in re & tumultuariè pleraque fieri & superiores esse Polonorum partes, sæpèq; adedò invitos Lithuanos Dominum accipere saltem suspicionibus & querelis causam haud deesse, (e) planissimum est.

- (a) Propriè enim loquendo, quando, supposito qualicunque systemate, novus Rex Poloniae rùè creandus est, duplex fit electio, una ad Regnum Poloniae, altera ad Magnum Ducatum Lithuaniae; unde naturale erat, ut quemadmodum illa penes Polonos, ita hæc penes Lithuanos solos esset, inutã inter utrumque populum de eligendo communi Rege conventionem. Quæ concordia quanquam difficulter sperari potest, malè tamen discordiæ à confusione partium remedium petitur.
- (b) Id sanè non sine causa aliis populis, qui electitios Reges habent, arrisit, ut penes paucos, aut modicum saltem hominum numerum, perficiendæ electionis facultas esset, cum & facilius illi consentiant, & accuratius, quid Reipublicæ expediat, cernant. Hinc in Germaniæ Regno egrè eo rem deduci potuisse, ut ultra septenarium Electorum numerum ascenderetur, constat.
- (c) Id quidem magnam libertatis speciem habet, sed inanem. Quis enim in tot hominum millibus verum, & qui à ratione pendeat, consen-

consensum dari; quis rem omnium gravissimam cautius peragi, & è casis atq; inguriis in lucem subito prodeuntes de summa rerum apte statuere posse, credat? Unde patet, quid sentiendum sit de verbis Fredronis, sanè magnificis: Tutius, inquit, credidere, Comitiorum negotia Nunciis Terrestribus concedi posse, & Comitiorum errores facilius corrigi, quàm si malum legis- sent Principem. Conferre & magis ad Imperantium secu- ritatem, ac parentium constantiam, si Rex eligeretur per omnes.

- (d) Si uno eodemque eligantium actu Rex creandus erat, ab uno- quoque eodemque populo id fieri debebat, quod natura systematis repugnat. Salvo autem systemate fieri non potest, quin sua cuiq; populo jura adeoque & illa, quæ circa Regis electionem versan- tur, illibata mancant? Mera ergo confusio hic est, quam coe- quationis nomine Poloni vulgo venditant, obscure satis, quid illud vocabulum sibi velit, explicantes, ut exemplum est ex Kajalow. Part. II. Histor. Lithuan. L. II. apud Hartknoch. L. I. Cap. 9. §. 15. Nobilitas, inquit, Lithuanica ad æquales cum nobi- litate Polonica admissa est prærogativas. Assumerunt enim Proceres Lithuani insignia Polonorum, ut ita familiæ com- miscerentur, & sic firmiter hæ duæ nationes coalescerent. Conf. Prylus. L. V. Cap. I. fol. 687. Quasi verò in titulis atq; insignibus, ut & privatorum connubiis summa rerum consistat!
- (e) Fiant enim, ut reliqua omittam, in Polonia electiones, quo loco minus valere Lithuanos mirum non est. Tum & valde inter se differunt, spontè in rem aliquam consentire, & in sententiam plu- rimum, ubi cum spe successus in contrarium moveri nihil possit, acquiescere.

§. XXXVIII.

Manifestissimum parum fidæ conjunctionis indicium est, quod nec Poloni vulgo in Lithuanum, nec Lithuani in Polonum Re- gem qualemcunq; consentiant, sed ne pars altera alteri conce- dere videatur, extraneus plerumque Rex adsciscitur, quod qui- dem per se infinitis malis ansam dat, commodi omnis, quod à pe- regrino

regino Principe sperari potest, rationem longe exsuperantibus, (a) Poloniæ autem Regno funestissimum semper fuit, postquam in eo admissus error est, quod non privatæ sortis Principes, sed aut aliarum Civitatum Rectores, aut successionis in peregrino Regno spem proximam habentes eligerentur. (b) Quo ipso effectum fuit, ut inepta novorum systematum accumulatione magis magisque debilitata Respublica ad eum, à quo parum abest, casum inclinaretur.

(a) *Hæc omnia, comparatione instituta, facillimè intelliguntur: In extraneo enim Principe fieri non potest, quin multa sit rerum presentium ignorantia, quæ graviter Respublicæ nocet, dum aut Regem paucorum consiliis obnoxium reddit, aut perpetuis circa res expediendas dubiis involvit. Ut verò idem privati Patrimonii opes temporario Regno impendat, sperari cum ratione nequit, sed magis est metuendum, ne ille temporaria commoda perpetua sibi facere, auctis patrimonii viribus, labore. Atque iis omnibus incommodis num animi illa voluptas potior sit, quam ex mutua invidia successu Poloni atque Lithuani percipiunt, ipse Polonus Piascius dubitat ad Ann. 1584. Invidentiæ, inquit, vitio invicem exercendo populi isti maximè circa electionem Regis sui adedò indulgent, quod propterea dignitatem Regalem, quæ nulla uspiam est sublimior, malunt transferre ad alienigenas & nomini Polono forte iniquiores, posthabitis (non sine ignominia suâ) generis & sanguinis sui Viris Imperio paribus, ut nunquam in ista gente defunt: Omnino naturæ & rectæ rationis sensum exuunt, immò & divinæ legis ac Civilium Politicarumque rerum universa instituta in hoc evertunt, cum & lex Divina Deut. cap. 17. disertis verbis alienigenum Regem eligi prohibeat. Ecclesiasticus verò clarè monet: *Admitte ad te alienigenam, & subvertet Te.* Ac concordibus sententiis omnes Politicæ conclamant, diversarum nationum ingenia difficilè convenire, & ex morum diversitate factorum discordiam promanare, atque communiter externos nullo amore in Republicam duci, sed quod sibi commodum est facere, & prædam*

dam in suum finum conferre, hocque unicum maximè curare, ut accepta libera Regna suis prosapiis hæreditaria faciant, vel earum robur in fulciendis propriis patrimonii Senervent. &c.

(b) *Quin vasta satis Consilia Poloni ita statuentes animo agitaverint, dubium non est, sed in quibus parum fuisse solidi eventus demonstrat. Et sanè à ratione omni alienum est, ut qui de libertate retinenda solliciti sunt, de proferendo imperio cogitent: Prolatis enim Imperii finibus singulorum possessioni nihil accedit, sed quicquid fortè ad paucos lucri pertingit, id potius subruende aliorum qui inæquales hoc ipso redduntur, libertati conducit. Existente autem interregno ad formam velut Democraticam Respublicam redigitur, teste Pufendorf. de J. N. & G. Lib. VII. Cap. 7. §. 7. in quâ singulorum commoda unice respiciuntur, quorum omnium complicata salus publici boni nomine rectè insignitur. Hoc ergo quicumque prudenter curant, de augendo Concivium numero & futuri Regis aut intendendo labore, aut amplificandis redditibus parum laborabunt.*

§. XXXIX.

Cum itaque post fata Sigismundi Augusti Henricum Valesium Poloni Regem facerent, primum inconsulti impetus specimen dedere. Sciebant, hunc esse majorem natu Caroli IX. Galliarum Regis, fratrem, & cum hic masculâ prole destitueretur, (a) proximum illius successorem Regniqve Francisci hæredem. Mortuo Carolo cum ad hæreditatem illius cernendam Henricus properaret, indignè illud Poloni ferentes Regno absentem multarunt, oblatas ab eo conditiones de uniendo Galliæ Poloniæqve Regno aspernati. (b) Quas quæquam vanas fuisse non negem, alterutrum tamen vitio Polonis rectè vertitur, quod aut à novo inter Galliam Poloniamqve concinnando systemate abhorrentes eum tamen Regem fecerint, in quo probabile erat, occasionem illius extitutam, aut quod eo, quem præviderant, casu existente, priori consilio damnato, legitimum Regem repudiaverint. Ut enim Galliæ Regno Poloniam Henricus præferret, id nescio an cum ratione ab eo postulari, aut sperari, unquam potuerit.

(a) Non

- (a) Non tantum mascula prole carolus carebat, sed & exiguam illius procreanda spem faciebat: toto quadrennio, quodcum Elisabetha, Maximiliani II. filia, exegerat, non nisi unius filiae pater factus, parum natura in venere proclivis, acerrimis laboribus fatigari amans, animo irrequietus corpore debilis, qualem describit Thuanus Histor. Lib. XLV -- LVII.
- (b) Vid. Thuan. ibid. Lib. LXI. ubi per Jacobum Fajum Legatum Henricus promittit, se utrumq; Regnum non solum communibus viribus defensurum, sed & mutuis charitatibus ita connexurum, ut, sociatis atque permixtis eorum bonis, singulorum mala ad neutrum, bona ad utrumque pertinerent.

§. XL.

Proximus Henrico Valesio Stephanus, Transylvaniae Dux, erat. Quò minus autem in eo Poloniae Transylvania jungeretur, Ordinum ejus Ducatus prudentia obstabat, Christophorum fratrem successorem ei, antequam patriam relinqueret, sive volenti, sive nolenti, constituentium (a). Tantum itaque abest, ut in hoc Rege novo, quod cudebatur, systemate onerata Polonia sit, ut is potius vacillantem Poloniae & Lithuaniae compagem singulari & arte (b) & felicitate contineret.

- (a) Post mortem christophori, quae vivente stephano contigit, filius ipsi successit duodecennis, sigismundus, nihil adeo ad stephanum amplius Transylvaniae pertinente, quamvis titulo ejus deinde etiam legatur usus.
- (b) Dum & contra communem hostem, Moscum, Poloniae atque Lithuaniae tutelam praestitit, & in dispensando jure, ut & beneficiis conferendis equum se utriq; genti exhibuit: saepe etiam in Lithuania sedem fixit, id quod multi fastidio eaentulae conjugis, quam inter accipiendi regni conditiones invito poloni obtraserant, factum fuisse suspicantur.

§. XLI.

Mortuo stephano ut inter Sveciam atque Poloniae systema novum extrueretur, sedulo poloni operam dedere, electione non solum sigismundi, johannis III. filii, facta, qui se Svecorum, Gothorum

Gothorum Vandalorumque proximum Principem hæreditarium & futurum Regem apertè ferebat (a); sed & ne idem ob susceptum Poloniæ diadema patrio Regno excideret, sollicitè Poloni cavebant (b). Consentiebant quidem in eam conjunctionem Sveci, & quicquid adstringendo fœderi systematico facit, auctoritate Senatus agebant (c): sed obstantibus tamen, quas suprà tetigimus, causis, successum res illa nullum habuit.

(a) *vid.* Zalaszkowsk. de Jure R. Pol. pag. 286.

(b) *Primo articulo pactorum conventorum, quæ apud eundem Zalaszkovium extant p. 288. Cavetur, ut, Joanne III. mortuo, Sigismundus, electus Poloniæ Rex, jure successione Regno Sveciæ potiatur. Et deinceps omnes liberi ejus masculi primogeniti, quos DEO volente susceperit.*

(c) *vid.* omnino Pufendorf. in der Einleitung zur Schwedischen Historie p. 507. *Inter conditiones propositas ille eminent: Es solte Sigismundus ein Bündnis zwischen Schweden und Polen wieder alle und jede Feinde / sonderlich gegen den Russen / machen / so daß kein Krieg oder Friede ohne beyderseits Theile Vorwissen geschlossen werde. --- Wann er beyde Kronen erlangte / solte er beyde Nationen gleich lieben und ehren / zum wenigsten alle drey Jahr in Schweden kommen / etc.*

§. XLII.

Cum enim id agi à Polonis appareret, ut per illam Regnorum Conjunctionem detracta Sveciæ Esthonia Poloniæ adjungeretur, (a) nec vero in eam conditionem inani Legatorum atque Annæ Materteræ sponsione firmatam (b) aut Joannes Sveciæ Rex, (c) aut Ordines ejus Regni (d) aut denique Sigismundus ipse (e) consentirent, in eam necessitatem Poloni adducebantur, ut aut non acciperent Regem, (f) aut quem agrè acceperant, amitterent, (g) aut sine causa (h), extraneo Principi parerent.

(a) *Id verò iniquè non solum Poloni postulabant, cum à natura systematicis, quod meditabantur, omnis jungendorum Regnorum mutatio abhorreat, uti demonstravimus, sed & facile prævideri poterat, si privati sui commodi studiosos se ea in re Poloni ferrent, non minorem illius rationem Svecos habituros, quibus sanè non leviores pro peti-*

nenda Esthonia, quàm pro consolidanda Livonia Polonis rationes suppetebant.

- (b) *Quantum enim ad Legatos attinet, illi nulla spondendi facultate instructi ad Polonos accesserant, sed quantumvis magnifica quæque, ut fieri solet, pollicerentur, arcanis tamen mandatis, ne quid, quod fraudi Sveciæ foret, admitterent, prohibebantur, nec adeo spondere audebant. (Sollten nichts eingehen / was der Cron Schweden nachtheilig wäre ---- zu dem letzten Punct, das Theil von Lieffland / so jeso unter Schweden wäre / zu der andern Provinz zu fügen / wolten sich die Schwedischen Gesandten nicht verstehen. Vid. Pufendorf. Einleitung zur Schwedischen Historie p. m. 502. 504) Unde nulla omnino in ipsorum promissis fiducia collocari à cordatis poterat. Nec sponsioni huic ab Anna Regina Poloniæ Vidua sat roboris accedebat, quod illa omnibus suis bonis, tam in Regno Neapolitano, ac Ducatu Barensi, & Rosanenfi, Duonapq; Foggia constitutis, tum etiam dote ac contra-dote, summissq; ac in universum bonis omnibus, tam mobilibus, quàm immobilibus, intra & extra Regnum constitutis, pro Sigismundo caveret: quis enim, quantum in his verbis inane sit, non videt? Quod ipsi deinde Poloni, Reginam non amplius urgentes, agnoverunt.*
- (c) *Qvid enim Legatis in mandatis dederit, diximus: In qua sententia immotus perstuit, & non nisi ab Erico Sparrio persuasus, fore, ut ab illo Esthonia acquirenda postulato Poloni desisterent, in profectio-nem Sigismundi consensit. Vid. Pufendorf. L. c. p. 505.*
- (d) *Horum nomine & Carolus, Sudermannia Dux, disertè protestaba-tur, se in alienationem Esthoniae nunquam consensurum, & deinde Senatus, ne ulla Sveciæ Provincia avelleretur, scripto, quod manu Joannis atque Sigismundi firmatum erat, accepto, cavebat, teste eodem Pufendorffio Op. 505. & 507.*
- (e) *Aliiores enim spiritus gerebat Sigismundus, quam ut diadema Polo-niæ mercari vellet, ne de insito Patriæ amore, quem postea exiit, dicam. Princeps Sigismundus erkläret sich / (nota declarationem hanc spontaneam fuisse & tempore illâ priorem, quam deinde astu elicuisse aut minus extorsisse senatus dicebatur) daß er ehe die Pol-nische Cron wolte abschlagen / und in Schweden wiederkehren / ehe*

ehe er ein solches / so Schweden nachtheilig / eingehen wolte / Pufendorf. *ibid.* it. p. 511. Worauf sich König Sigismund entschuldiget / vermeldende / daß er oft den Polen ins Gesicht gesagt / er wolte lieber die Polnische Cron missen / als ein Dorff von seinem Vaterlande / geschweige dann eine so grosse Provinz mit so viel Schwedischem Blut gekaufft / weggeben.

(f) *restatur enim Pufendorfius, Joannem in discessu sigismundi serio suis mandasse, daß / wann der Prinz mit der Flotte an Danzig käme / solte er nicht eher ans Land setgen / biß die anwesende Polnische Herren ihn versichert / daß sie Estland ins künfftige nicht begehren wolten: Wiedrigensals solte er stracks wieder nach Schweden segeln. Re in controversiam deducta, quamvis reliquis sibi propositis conditionibus sigismundus subscriberet, de Esthonia tamen protestationem iteratis vicibus publicè interposuit, quam, ni carere Rege vellent, admittere Poloni cogebantur. Vid. Pufendorf. p. 505. 510.*

(g) *cum de Esthonia Poloni molesti sigismundo esse non desinerent, ipsum non modo de abdicando, sed & deserendo Poloniae Regno cogitasse constat. Iesß durch Erich Bielke dem Vater sagen / er hätte im Stun / wegen verdrießlicher Hoffart der Polen / seine Schwester Annam an Erz. Herzog Ernst zu verheirathen / und ihm die Polnische Cron aufzutragen / und selbst wieder nach Schweden zu kommen. In quam sententiam cum absentis filii desiderium non ferens Joannes Pater pedibus iret, Revaliam usque progressus sigismundus in eo erat, ut navem, quâ in Sveciam reverteretur, conscenderet, nisi consilia illa & Sveciae Procures disturbassent, & obtestationibus suis Poloni averterissent: Damit sie nicht abermahl eine solche Schande erlebent / wie mit Henrico Valesio. Quo metu liberi nondum Poloni erant, cum post mortem Joannis ad capiendam Patrii Regni possessionem sigismundus tenderet, sollicitè adeo eum monentes: Daß er an seinen End gedencen / und nicht / wie Henricus, Polen verlassen solte. Addito, quo in futurum sibi quoq; carerent, nachdem er seine Sachen wol eingerichtet / solte er bald wieder kommen / und nachgehends sters in Polen bleiben. Vid. omnino Pufend. p. 512. 516. 535. seq.*

(h) *Id ne fateri Poloni viderentur, placuit, eam de Esthonia contraversiam ad mortem usque Joannis in suspenso tenere, sed quæ paulo post sequuta ad statum causæ mutandum nihil contulit.*

§. XLIII.

Spe illa Esthoniæ, velut in specimen redundaturi è futuro systemate (a) emolumenti potiundæ, frustrati Poloni, existente ipsius systematis casu (b), ad universæ Sveciæ vires sibi adjungendas suisq; commodis impendendas expectatione non minus vanâ erigebantur (c). Quod cum sanè illubentes passuri Sveci viderentur, reliquum erat, ut Poloni, eversâ per Sigismundum Sveciæ liberatæ, (d) illius facilitate usi, scopo potirentur. Quod dum tentant, & Papæ superstitionis studio dementatum Principem in præcipitia consilia adducunt, accenso in Svecia bello, id tandem, non ut Svecia subjugata Poloniæ accederet, sed ut Patrio Regno Sigismundus excideret, & malè adedè adornatum systema diffiliret, (e) effecere.

- (a) Quæcunque enim diximus, vivo adhuc Joanne, Svecorum Rege, gesta erant.
- (b) Morte scilicet Joannis, quâ Sigismundus, Poloniæ Rex, Sveciæ quoq; Regnum nancisci debebat.
- (c) Accuratius ea de re judicari nequit, quàm ob oculos positis, quæ Philippus Honorius de Interregno Polon. p. 415. 443. memorat: Ferebant ergo Poloni, etsi hæc incorporatio atq; Regnorum unio (perpetua scilicet) effici non posset, saltem Sigismundo & natis ipsius regnantibus vires communi defensionis hostiumq; offensæ consociari posse. Polonorum Regnum licet equitatu polleat, nunquam ex se ipso classes instruxisse, aut ad illas instruendas accommodatam esse, & Sveciæ Regnum ingentem navium numerum armare posse. Quapropter si unus Princeps duobus adedè potentibus Regnis imperitaverit, nullam tam difficilem fore expeditionem, quam rectè suscipere ac feliciter perficere non possit, maritimis viribus terrestres copias adjungendo. Commune esse adversus Moscos odium, unde facta utriusque Regni conjunctione sperare Poloni possint, se omnem septentrionem armis subjugaturos, prolato in Asiam Imperio, quin favore reliqui Christiani orbis subnixos Turcarum Imperium subversuros. . . . Regnaturum Sigismundum ita, ut ab Ortum in Occasum totam regionem, quæ inter Mare Caspium & Germaniæ terminos comprehenditur, possideat; ab Austro vero ad septentrionem à Caucaaso usque ad ultima Scythici maris litora imperii sui limites protendat.
- (d) Testantur ea de re verba Pufendorffii sequentia l. c. p. 540. Die Crönung ward zimlich lang auffgeschoben / weil sich der König gar nicht

nicht zu der Stände inständigem Bitten beqvemen wolte / nachdem die Polen Ihn beredet / Er hätte in einem Erb-Reich unumschränkte Gewalt zu regieren / und dürffte in Ordnungen und Gesetzen zu geben von der Stände ihren Straffen nicht dependiren. Quasi verò hæreditarium ab absoluto Regno, electitium à legitimo nihil differat. Et p. 545. Welches bey den Polen und dem päpstlichen Nuntio, an deren Rath sich der König meist gehalten / ein solch Nachdenken gemacht / daß sie dem König gerathen / Er solte den Schweden wilsfahren / jedoch dürffte Er deswegen nicht glauben / daß Er an solche Verträge gebunden sey / die Er wieder sein Gewissen aus Noth ungerne eingehen müssen / p. 548. Die Polen rathen dem Könige / Er solte die Schweden nur in dem verwirratem Zustande stecken lassen / so könnte Er sie desto besser nach seiner Pfeiffe tanzen machen.

(e) Surrogato in locum exauctorati Sigismundi Carolo IX. qui ex eo tempore Sveciæ, quemadmodum Polonia Sigismundus, separatim imperavit.

§. XLIV.

Quid ex eo tempore recuperando patrio Regno Sigismundus, atq; instaurando cum Svecia systemati Poloni laboris atqve sumptuum impenderint, quantum eo nomine Sarmatici sanguinis fufum sit, historiæ memorant; nullo alio fructu, quam ut continuis, sub Carolo IX. & Gustavo Adolpho bellis fatigatus atqve exhaustus Sigismundus pactis de Borussia (a) induciis immoreretur, ab Uladislaw IV. filio prorogatis, (b) quarum otium cum ferre non posset Joannes Casimirus frater, causam bello dedit (c), quod in viscera Regni Carolum Gustavum, Sveciæ Regem pertraxit, infinitorum Poloniae malorum jure suo Auctorem, quibus omnibus carere ea poterat, si ad prudentiæ Politicæ regulas curatus Regni formam attemperasset.

(a) De Polonorum ergo corio ludebatur, cum, amisâ Livonia, magnam quoque Borussia, florentissimæ Provincie, partem per dictas inducias relinquere Svecis cogerentur: Id quod ulteriorum progressum materiam dedisset, ni interveniente bello tricennali Germanico abstracti inde Sveci forent.

(b) Is expirantibus A. 1635. induciis 26. annorum spatium adjecit.

(c) Misso scilicet Canasilio Legato, qui, factâ à Christina Regina abdicatione, adversus translationem diadematis in Carolum Gustavum faciendam protestaretur, & quæ sunt alia, quæ recensentur à Pufendorf. l. c. p. 910. seqq. & de rebus gestis Caroli Gustavi L. 1.

§. XLV.

Finio per pacem Olivensem Svecico bello, recreandæ Poloniae aliquan-

aliquantulum temporis datum fuit, Rege primum Michaële Lithuano, deinde Joannē III. Polono, ſingulari fato (a) electis: Id quod fluctuanti inter Polonos atqve Lithuanos vinculo continendo apte ſatis conveniebat. Poteratqve res ea à Succelloribus perfici, atqve adedò pravus Reipublicæ ſtatuſ qvalicunq; modo emendari, ni de Friderico Auguſto, Electore, in Regem aſciſcendo, Poloniãqve cum Saxonia copulanda in mentem iterum Poloniſ veniſſet. Quæ conſilia qvem ſucceſſum habuerint, notius ex publica ſaltem Poloniæ calamitate eſt, quàm ut fuſius explicari debeat. Quis enim in præſenti miſerrimo Regni quondam florentiſſimi ſtatu ſolutæ Reipublicæ exemplum non agnoſcit? Quis negare auſit, omnia hæc mala abſutura à Polonia fuiſſe, ni illa in extraneum Principem, belli gerendi fœderumq; ſanciendorum jure pollentem, Regium nomen, quod belli gerendi, fœderumq; ſanciendorum juſ non continet, contuliſſet? Nec certè Poloniæ opes periſſent, ni Saxoniæ divitiis Poloni inhaſſent.

(a) Vid. acta utriuſque electionis apud Pafendorf, de rebus Brandenburgicis Lib. X. XI, & XII.

§. XLVI.

Cum illo, quod oſtendi, maniſeſtiſſimo ſtatuſ Polonici vitio, (reliqua enim, quæ ſuperſunt, ut ſuo ordine perſeqvar, temporis præter ſpem arctati ratio non permittit,) quin plurima hominum quoqve vitia, quæ ad præcipitandam Rempublicam magnopere faciunt, concurrant, dubium vix cuiquam erit, qui ſcripta hinc inde edita attentius perluſtraverit, ex quibus, quid in Auguſto II. à ſubditis jure potuerit deſiderari (a), quid ille viciffim in ſubjecto ſibi populo reprehenderit, aut ſaltem primariis quibusdam Reipublicæ Civibus vitio dederit (b) abunde patet. Quæ omnia ſatis ſuperq; probant, nihil eſſe malorum Poloniæ, quod Poloniſ originem non debeat, & quod ſanari tolliq; ab iſdem, ſi mens non læva ſit, haud difficulter queat. Id quod erat demonſtrandum.

(a) Vid. Actum in Curia Regia Varſavienſi Sabbatho ante Dominicam Cantate A. 1704. Itemq; literas Cardinalis Radzicjovii, Poloniæ Primatiſ, ad Palatinatuſ, qui dictæ confœderationi Varſavienſi d. 24. April 1704. nondum acceſſerunt: ut & ejuſdem Maniſeſtuſ ſub ſinem ſuperioris anni editum.

(b) Pertinent huc literæ Auguſti II. ad Auguſtiſſimum Sveciæ Regem Caroluſ XII. ſcriptæ, quorum copia facta Poloniſ eſt: Notæ ſuper act. 14. Febr. 1704, in Conventu Varſavienſi incerto autore vulgatæ, ſimiliq;.

Errata extantiora.

Pag. 1. Lin. 11. del. verbis &.

Lin. 26. pro qveritur, leg. qvaritur.

Lin. 27. pro protractis, leg. pertractis.

Pag. 2. Lin. 2. pro damum, leg. damnum.

Pag. 5. Lin. 4. del. regularium.

Pag. 6. Lin. 2. pro irregulariis, leg. irregularis.

Lin. 18. pro oppositæ, leg. opposita.

Lin. 19. pro protuerint, leg. potuerint.

Pag. 8. Lin. 8. pro judicalem, leg. judicialem.

Lin. antepen. Verba: Nec opus esse --- usque
ad verba pag. seq. facultatis colligitur exi-
menda sunt textui & adjungenda notis Lit. (b)
post verba: summi imperii iuribus.

Pag. 9. Lin. 4. pro legibus, leg. Regibus.

Pag. 12. Lin. 27. pro aboliendæ, leg. abolendæ.

Pag. 16. Lin. 13. pro incurrant, leg. incurrit.

Pag. 18. Lin. 3. pro pluriqve, leg. pleriqve.

Lin. 29. post verb. obligatio, add. ad certum temp.

Pag. 20. Lin. 20. pro junguntur, leg. jungantur.

Pag. 21. Lin. 19. pro expressis, leg. expresse.

Lin. 23. pro in ea, leg. in eo.

Pag. 22. Lin. 2. & 3. del. Parenthesis.

Lin. 11. pro Eduando, leg. Eduardo.

Lin. 29. pro at, leg. ad.

Lin. 31. pro copulati, leg. copulatur.

Pag. 23. Lin. 5. pro cultum, leg. cætum.

Lin. 7. post verba morali, add. quoqve.

Lin. 16. pro idem, leg. isdem.

Lin. 22. pro sua, leg. ejus.

- Pag. 24. Lin. 3. pro abiri, leg. obiri.
 Pag. 25. Lin. ult. pro qvalicunqve, leg. qvaliscunqve.
 Pag. 29. Lin. 14. post in, add. tali.
 Pag. 33. Lin. antepenult. pro duobus, leg. duabus.
 Lin. penult. pro spectatis, leg. speciebus.
 Pag. 34. Lin. 17. pro qvodam, leg. qvidem.
 Pag. 37. Lin. 24. post regno, add. alius.
 Pag. 44. Lin. 10. pro univcrsis subditis, leg. univcrsi
 subditi.
 Lin. antepenult. pro pecuniariae, leg. pecuniaria.
 Pag. 45. Lin. 30. pro extrema, leg. externa.
 Pag. 47. Lin. 8. pro Burussii, leg. Borussia.
 Pag. 48. Lin. 2. pro electione, leg. electioni.
 Lin. 3. pro ad impletionem, leg. adimpletionem.
 Lin. 20. post Uladislaus, del. Comma.
 Lin. 23. pro at, leg. ut.
 Lin. 24. pro restrictam, leg. restrictum.
 Lin. 25. pro Jagellorum, leg. Jagellorum.
 pro fiat, leg. fieret.
 Pag. 53. Lin. 1. pro cautius, leg. cursim.
 Lin. 14. del. Signum Interrogat.
 Pag. 55. Lin. 3. pro patrimonii fenervent, leg. patri-
 monii enervent.

